

10504

~~988~~ ii

I

Anm. 91 gen.

D. IO. IAC. GRIESBACHII
COMMENTARIVS
CRITICVS

IN

TEXTVM GRAECVM

NOVI TESTAMENTI.

ACCEDVNT

MELETEMATA

DE VETVSTIS TEXTVS

RECENSICNIBVS.

PARTICVL A II

IENAE

APVD I. C. G. GOEPFERDT

M DCCXCI.



DOCTOR IACOBE GERMANSAZAVOLLI

COMMENTARIAS
AUCOTIGO

MANUSCRIPTUM
GRAMMATICAMATHEMATICAM

qui motuam missionib[us] scribi misericordia
datur. illi r[es]pondeo non potuisse. mis-
ericordia n[on] in missionibus ha-
bitat. non multa. ed in eorum necessitate. ha-
bitat. In nichilo s[ed]e molimur enim

in P R A E F A T I O N E

in merito missione. etiam tandem
etiam supermissione. quodque. multo
autem superiore. illud nomine. et illa misericordia
et illius arbitrio. estingeri est. ni sanctis.
Secunda haec commentarii mei in No-
vum Testamentum critici particula com-
pletebitur animadversiones in octo postre-
ma Matthaei capita et in totum Marci
Evangelium. Enata ex est e programmatis
tibus publico nomine inde ab anno 1799
ad 1810 a me conscriptis. Bibliopola
autem. cum intellexisset. primam par-
ticulam non dislictuisse viris doctis.
curavit. ut programma quodque. qua-
drata primim forma excusum. statim.
typis non disjectis. redigeretur in os-
etonam. Ignoscant ergo letores bene-
voli. si in hocce commentariolo. par-

ticulatum intra duodecim annorum spa-
tium exarato, nec postea (si tamen
Ἐπιμετρού ad commentarium in Matthae-
um excipias) a me recognito, stilum non
satis aequalem esse fentiant.

Scribenti mihi hunc libellum erat
propositum 1. regularum criticarum
usum, exemplis cujuscunque generis
assatim allatis, commonstrare atque sic
tirones in rite regundis criseos finibus
exercere: 2. docere, perfectum criti-
cum nondum esse eum, qui codices,
vel universum quoslibet, vel saltim
praestantiores, numerare valeat, immo-
ne eum quidem, qui diversas textus
recensiones distinguere ac secundum eas-
rum consensum vel dissensum sententiam
recte didicerit; sed requiri praelertim
in critico sagacitatem in indagandis et
expandaendis internis verae falsaeve le-
ctionis iniciis. In primis etiam in hoc
commentarii id egi, ut 3. causas, cur
in delectu lectorum et in constituendo
meae editionis textu sic uti factum est,

nec

nec aliter, oversatus sim, indicarem et illustrarem, atque hoc modo simul 4. textum hunc et universam criseos meae rationem adversus nonnullorum dubitationes defendere et ab objectionibus vindicare praeferim clar. Matthaei, cuius editionem cum hisce animadversionibus meis ubique conferri velim, ut omnium obrectationum hujus viri vanitas et iniquitas patefiat.

Praemisi secundae huic commentarii critici particulae Meletemata de vetustis textus Novi Testamenti recensionibus, in quibus I. evidenter probavi, Origenem diverso tempore usum esse duobus diversis Marci exemplaribus, uno alexandrino, altero occidentali; quae observatio, a nemine quod sciam antehac facta, permagni momenti esse mihi videtur tum ad illustrandam textus sacri historiam, tum ad confirmandam ac extra dubium ponendam doctrinam de vero recensionum inter se discrimine, earundemque antiquitate. Deinde II.

mo-

modeste sub examen revocavi HUGI,
Viri doctissimi et celeberrimi, placita
nonnulla de veteristarum recensionum
originibus et auctoribus, nuper ab eo
piolata in tomo x. eximii operis, quod
inscripsit: *Einleitung in die Schriften des
Neuen Testaments.*

... in illo tristis et apidus animus audiret
ut hinc agniti monitione pondo minimo
afflatus. Nam dulcissime et simpliciter
esse in tua regno sicut in celo
et strenuo pars coniunctio spiritus. Et
enim in manus teles certe habere di-
stinximus. Ite vero, amici filii
quodcumque misericordia vobis datur, quanta
esse vult. Propterea obsequiis indebet
et similitudinibus. Vixi enim vobis et donis
vobis debet. Oculis oculis et aliis mem-
bris corporis vobis et certe vobis semper
esse dignorum argumentorum. Nam calix meus
est in aliis membris. Hic monachus vobis
animos et mentes haec sunt vestigia in nos
ubiqui. Quod sumbentes misericordia nostra
adsumus ad te. Vobis manifestum est enim
Habemus in sensu spiritu immortales hu-
omines.

MELE-

M E L E T E M A T A

D E V E T U S T I S T E X T U S

N O V I T E S T A M E N T I

R E C E N S I O N I B U S.

Uicenturibus concordantes deinde
conspicua sunt in scriptis, quae
formis eiusdem cum hexametri diffundit
et versibus suis in solazant. Quod cum
cavillari compere insister, si omnibus
habebit plenaria et in omnibus de
mora sit sicut in aliis non sicut in
plenumque rhymero. Et in primis
tarie quo in Mattheum. Et in Alio loco
tristis, secundus enim in aliis, et
secundus quidam, quoniam in scriptis
superius habet. Iacobi. Et in aliis
etiam, et quidam, quoniam in scriptis
recentibus perdidit istud in teoriam.

1718

in XI. G. iiii. 10. nesciunt obsecragin
scripturam. Et enim. In libro de origine
sancti marci. Huius libri quod est in
scripturam deponit. Quod si lo-
quitur. Huius scripturae coniunctus
est. I. Et huius scripturae coniunctus
est.

I.

Cum in scribendo commentario meo critico progressus essem ad posteriorem partem capitis X Marci, plures mihi occurserunt lectio-nes, in quibus Origenes, contra morem suum, discrepabat ab alexandrinis libris et concine-bat cum occidentalibus. Tam inusitatae rei causam indagans inveni, lectiones Origenianas cum occidentalibus concordantes decerptas esse e commentario ejus in Matthaeum, con-fonantes autem cum alexandrinis deponitas esse e commentario in Ioannem. Quod cum, curatiore examine instituto, sic omnino se habere deprehendissem, in commentariolo meo in Marci XI, 1 et 3. non dubitavi palam pronuntiare: Origenem, quum in commen-tario suo in Matthaeum illum Marci locum tractaret, occidentali usum fuisse codice, per-simili nostri D, quum vero in commentario suo in Ioannem locum Marci II, 1 — 12 ex-citaret, usurpare eum librum ad *alexandrinam* recensionem pertinentem hujusque textum, a

vul-

vulgari valde discrepantem et cum[†] BCL misericorditer concordantem, paene ad verbum singulasque literas exscripsisse. Hujus vero animadversionis pleniorum probationem huic loco reservavi. Ut igitur omnes convincantur, verissima esse quae modo dixi, proferam primo omnia Marci loca ab Origine in *commentario in Ioannem laudata*, adjectis simul alexandrinae recensionis codicibus posterioribus cum illo concinentibus. Deinde enumerabo singula quoque Marci loca ab Origene in *commentario in Matthaeum excitata*, adpositis occidentalis recensionis testibus, eandem lectio nem, quam ille protulit, confirmantibus.

A. Origenes legit

in commentario in IOANNEM.

Marci I. 1. *νιον του Ιερον* ter omittit cum codice mosqu. 12. Irenaeo graece et Hieronymo.

— *καθως* (loco *ως*) ter, cum LK. 209. — Ib.

— *ἐν τῷσατα τῷ προφητῇ* (loco *ἐν τοῖς προφῆταις*) ter, c. BL. 72. in ora, aliis. (*ἐν ισαΐᾳ τῷ προφητῇ* legunt D. 1. 33. alii) Copt.

Arm. Syr. p. in ora. Syr. hieros. Vulg.

It. — Ibid. *ἐγώ* habet cum recepta, aliis, etiam Alexandrinis. (omittunt DB. 28.

It.

It. Patres latt.) — Ibid. ἐμπροσθεν σου
omittit ter, cum B L P D. 102. al. Copt.
Aeth. Vulg. It. Patr. lat.

3. τριβους αὐτον. Sic cum Rec. et Alexandrinis (τριβους του θεου γυμων D. Goth. It.)

5. παντες και ἐβαπτιζοντο bis, cum BLD 28.
102. Copt. Arm. Euf. Vulg. It. — Ibid.
ὑπ' αὐτου ἐν τῷ λορδανῷ ποταμῷ hoc ordine,
bis, cum B L. 102. Arm. Vulg. — Ibid.
ποταμῷ omittit cum B D. It. Semel vero
habet cum caeteris.

7. Idem ordo, qui in Rec. et in Alexx. (Sed
in D. It. ordo mutatus est.) — Ibid. μου
(post ὄπισω) omittit semel, cum B. 102.
(Semel habet, cum caeteris) — κυψας
habet cum Rec. et alexx. (Omittunt D.
28. Mt. 14. It.)

8. μεν omittit cum B L. 33. 102. 124. Vulg.
Codd. latt. — Ib. βαπτιζω (loco ἐβαπτι-
σα) folus. — Ib. εν prius omittit semel
cum B. al. 3. Vulg. Semel habere vi-
detur.

9. εις των λορδανην υπο λιανου. hoc ord. cum
B L. 102. D. 69.

13. ἐκει omittit cum A B L D. 13. 33. 102.
Copt. Goth. Vulg. It. — Ib. τεσσαρακοντα
γημερας cum B L. 102. — Ib. addit και

τεσ-

- τεσσαρακοντά νυκτας cum L M. 13. 53. 102.
Copt. Aeth. Syr. p. in m. Vulg.
14. της βασιλειας omittit bis cum BL. 1. 23.
33. 69. 209. Copt. Arm. Syr. p. Codd.
latt.
15. και λεγων omittit cum codd. 2 latt. (και
tantum omittunt A D. al. 23.) — Ib. εν
omittit cum solo Evangeliar. 36 et Vulg.
21. καθαρναουμ bis cum BD. 69. 124. Arm.
Syr. Vulg. — Ib. ενθυς semel cum L. 1.
131. — Ib. omittit εισελθων bis cum CL.
69. Ev. 13. 19. Mt. f. Copt. Syr. Slav. —
Ib. έδιδασκεν εις την συναγωγην Sic bis cum
L. 69. item C. Copt. Syr.
23. Post και prius addit ενθυς cum BL. 1.
131. 209. Copt. — Ib. αυτων cum Rec.
(Sed omittunt DL. 72. Copt. Codd. ital.)
24. εα habet cum Rec. (Omittunt BD. 102.
157. Verff. plures.) — Ib. οιδαμεν bis,
cum L. Copt. Arm. Cyr. utroq. Patr. al.
— Ib. υιος semel solus, loco αγιος.
25. ο ιησους cum Rec. et Alexx. (Sed omit-
tit D.) — Ib. εξ αυτου cum Rec. (Sed
D. εις του ανθρωπου.)
26. οτε και έσπαραξεν solus, loco και απα-
ραξαν — Ib. Θωνησαν loco αραξαν cum
BL. 33. (D. autem αραξας — Ib. εξ αυ-

704

του cum Rec. (Sed ἀπ' αὐτοῦ DCGM. al.
5. Damasc.)

27. ἐθαυμάζοντας cum D.

VI. 16. ἰωαννῆν habet cum Rec. et Alexx. (Sed
omittunt D. Copt. caet.) — Ib. οὗτος
ἥγεται (loco οὗτος ἔστιν, αὐτος ἥγεται)
cum BL. 102. D. 69. — Ib. ἀπὸ τῶν
νεκρῶν (loco ἐκ νεκρῶν) cum C. al. 6.
(Omittunt BL. 102. Copt. Transponunt
D. 13. 69. 124.)

IX. 1. ἀμήν αἱμην̄ solus. — Ib. ἔστηκοταν ὡδε
cum 1. Copt. — Ib. γευσονται c. L. 131.
157. aliis.

X. 18. post θεος addit bis ὁ πατηρ̄, solus.

XI. 1. ἐγγιζουσιν̄ cum Rec. et Alexx. (Sed ἤγι-
ζεν D.) — Ib. ἵεροσολυμα c. BLD. 13.
69. — Ib. εἰς βηθφαγη καὶ cum Rec. et
Alexx. (Sed καὶ εἰς, omisso βηθφαγη, D.
Vulg. It. et Orig. ipse bis diserte in com-
ment. in Matth.)

2. λεγεῑ cum Rec. et Alexx. (Sed εἰπεν̄ D.)
— Ib. εὐθὺς c. B.L. — Ib. πορευομενοι εἰς
(loco εἰςπορευομενοι εἰς) solus. — Ib. εἰς
αὐτὴν̄ cum Rec. et Alexx. (D. omittit.)
— Ib. post οὐδεις addit οὐπω̄ ter cum L.
item BC. 13. 69. aliis. (Semel Orig. ha-
bet πω.) — Ib. ἐκαθίσα ter. c. CL. Evang.

36. — Ib. λυσατε αὐτον και Φερετε c. BCL.
Copt. Vulg. It.
3. τι ποιειτε τουτο c. Rec. et Alexx. (Sed τι λυστε τον πωλον D. 69. 124. Arm. It. et Orig. in Matth.) — Ib. ευθυς c. LD. — Ib. αὐτον ἀποστελει ὥδε. Sic cum Rec. (Sed in comment. in Matth. bis addit παλιν c. BCDL.)
4. και απηλισον και c. BL. (Sed και ἀπελθοντες D. Copt. Orig. in Matth.) — Ib. τον ante πωλον omittit cum BLD. al. multis. (semel habet). — Ib. την ante θυραν omittit bis c. B.
5. ἐστωτων c. M. 106. al.
6. εἰπεν c. BCL. 106. aliis. Copt. Aeth. Arm. (Sed εἰργησι D. It.)
7. Φερουσι c. BL. — Ib. ἐπιβαλλουσιν c. BCLD. 1. 28. — Ib. και ἐκαθισεν ἐπ' αὐτῷ πολλοι δε τα ἴματα αὐτων ἐστρωσαν εις την οδον absunt, casu ut videtur fortuito.
8. στιβαδας semel c. BLDK. al. — Ib. κοψαντες c. BL. — Ib. ἐν των ἀγρων bis, c. BL. Copt. Syr. p. in ora. — Ib. και emitit, et omittere debuit propter antecedens participium κοψαντες. (Sed a coqd. B. et L. abest και ἐστρωσυνον εις την οδον. Perperam omnino, uti manifestum est vel ex illo participio κοψαντες, in quo con-

consentient isti codices, hoc loco ex Origene, qui priscam lectionem alexandrinam hic servavit, corrigend.)

9. λεγοντες omittit c. BCL. al. 2. Copt.

10. ἐν διορατι κυρiou omittit c. BCLOUD. 1.

13. 69. 124. al. 4. Copt. Arm. Vulg. It. Origene in Matth.

11. ὁ ἵησους omittit c. BLD. 1. 48. Copt.

Vulg. It. — Ib. και (ante sic το ιερον) omittit c. BLM. 13. 69. al. 3. Arm. Vulg.

It. Syr. — Ib. ὁψ c. CL.

12. ἔξελθοντων αὐτων c Rec. et Alexx. (Sed ἔξελθοντα D. Codd. latt.)

15. ἔρχονται ter c. Rec. et Alexx. (Sed εἰςελθων D.) — Ib. εἰςελθων ter c. Rec. et Alexx. (Sed στε ἦν. D.) — Ib. ὁ ἵησους ter omittit c. BCLOUD. 1. 124. Copt. Aeth. Arm. Vulg. It. — Ib. post κολλυβιστων solus addit ἀνεστρεψε, omisso postea (cum D.) κατεστρεψε.

17. και ἐλεγε (loco λεγων) c. BL. 13. 69. al. 2.

XII. 26. οὐκ ἀνεγγωτε ὅτι ἐγειρονται ἐν τη βιβλῳ μωσεως, ᾧς εἰπεν ἐπι της βατου αὐτω ἐ θεος, λεγων. ἐγω hoc ordine solus. Alibi sic: οὐκ ἀνεγγωτε το ὥηθεν ἐπι της βατου ὑπο του θεου. (semel deest υπο του θεου.) ἐγω. solus, coll. Matth. 22. 31. — Ib. της βα-

του

- tou ter cum Rec. et D. (Sed *tou* β. ABCL. alii multi).* — Ib. *ως* c. Rec. et D. (Sed *πως* BCL. alii). — Ib. *polt ἐγώ addit εἰμι* semel c. M. 28. al. 3. Sed bis non addit. — Ib. tres articulos δέ ante θεος omittit bis cum D. 10. (etiam B. omittit δέ ultimo et penultimo loco.) Semel Origenes habet tres δέ.
27. δέ semel habet c. Rec. et Alexx. Bis vero omittit c. BD. al. — Ib. ante ζωντων omittit θεος c. ABCLDK. aliis multis.
41. Pro καθισάς legit ἑστας c. 1. 13. 28. 69. 91. 209. — Ib. habet δέ ιησους cum Rec. et Occidd. (Sed omittunt id EL. Copt.) — Ib. Θέωρει bis; solus. — (Ib. τίνα τρόπου πας δέ λαος βαλλει; solus, semel. καὶ πας ἐβαλλεν, solus, semel. — Ib. χαλκος semel, solus. —
42. Ἐλθουσα δέ c. D. Copt. Vulg. — Ib. πτωχη c. Rec. et Alexx. (Sed omittunt id D. Arm. It.)
43. εἰπεν semel c. ABDKL. aliis multis. — Ib. η πτωχη αὐτη hoc ordine bis, c. D. Ev. 19. — Ib. ἐβαλε των βαλλουτων bis, c. ABDL. al.
- XIV. 10. Ante ισκαρ. omittit δέ c. BDL. — Ib. προσγλωσ. solus. — Ib. παραδω αὐτον c. Rec. et D. (Sed αὐτον παραδω BCL. 69.

Eu-

- Euſeb.) — Ib. αὐτοῖς omittit c. D. 28.
91. It.
11. ἀκουσαντες c. Rec. et Alexx. (Sed omit-
tunt D. It.)
19. εἰς οὐδὲν solus.
43. Post ιούδας addit ἴσημωτης c. ADKM:
106. 124. al. multis. — Ib. ὥν omittit c.
CLAKS. al. multis. Copt. Aeth. Arm.
Vulg. It. — Ib. των ἀρχιερέων καὶ om.
solus. — Ib. post γραμματ. addit καὶ των
Φαρισαίων solus. — Ib. ante πρεσβυτ. om.
των c. A. 1. 69. al. 2.
53. post προς add. καὶ φαν c. AKM. 69. 106.
114. 116. 124. 209. aliis. — Ib. αὐτῷ
om. c. DL. 13. 64. 69. 124. — Ib. καὶ
γραμματεῖς καὶ πρεσβυτεροι. Sic c. D. 72.
Aeth. Arm. Syr.
60. εἰς το μέσον semel om. solus. Semel om.
το tantum c. ABLP. aliis multis.
61. ὁ δε c. Rec. et Alexx. (Sed D. ἔκεινη δε)
— Ib. ἐσιωπα c. Rec. et Alexx. (Sed D.
ἐσιγα). — Ib. loco οὐδεν ἀπειρ. habet οὐκ
ἀπειρ. οὐδεν. c. BL. Copt. — Ib. ἐπηρωτή-
σεν c. F. 69. 106. al. — Ib. post αὐτον add.
ει δευτερου c. 13. 69. al. Arm. — Ib. Lo-
co καὶ λεγει αὐτῷ habet λεγων c. 1. (D. lo-
co παλιν ὁ αρχιερευς ἐπηρωτα αὐτον καὶ λε-

**

γει

XVIII

γει αύτῳ habet tantum: οὐδεὶς αύτῷ ὁ
ἀρχιερεὺς.)

62. Loco εἰπεν habet ἀποκριθεῖς λεγει αύτῳ
c. D. — Ib. ante ἑγω είρι addit συ εἰπας ὅτι
c. 13. 69. 124. Arm. — Ib. καθημενον ἐκ
δεξιων c. Rec. (Sed ἐκ δεξιων καθημενον
BDL. al. plurimi.)

63. Post διαρρήξας add. εὐθεως c. 124. Arm.
Cod. lat. verc.

XV. 1. Loco ποιησαντες habet ἐποιησαν et ante
δησαντες add. οὐδεις c. D. — Ib. ante γραμ-
ματ. add. των c. D. 1. — Ib. Loco ἀπη-
νυναν habet ἀπηγαγον. c. DG. 1. 124. 209.
al. 3. et add. praeterea εις την αὐλην c. D.
It. — Ib. ante πιλατῳ om. τῳ c. BDL. 1.
3. post πολλα add. αὐτος δε οὐδεν ἀπεκρινατο
c. 13. 69. 106. 124. al. 30. Aeth. Arm.
Syr. p. Codd. latt.

B. Origenes legit
in commentario in Matthaeum:

Marci IV. 20. τίνι c. Rec. et Occid. (Sed πως
BCL. 13. 28. 69.) — Ib. loco ποιᾳ habet
τίνι c. 1. 13. 28. 69. 151. al. et BL. —
Ib. loco παραβολῃ παραβαλωμεν αὐτην ha-
bet αὐτην παραβολῃ θωμεν c. BL. 28. al.
VI. 5. ποιησαι δυναμιν bis c. D.

15. η̄ omitt. c. BCLAKM. al. 114.

39. πασι ἀνακλιθηται Sic semel solus. (ἀνα-
κλιθηται tamen habent etiam B. 1. 13. 28.

69. 157. al.) Semel παντας ἀνακλιθαι paene
ut Rec. et D. — Ib. συμποσια συμποσια c.
Rec. et Alexx. (Sed D. It. κατα την συμ-
ποσιαν.)

40. ἀνα prius c. Rec. (Sed BD. Copt. κατα)

— Ib. ἀνα postterius om. c. solo Mt. o.

45. εὐθεως c. Rec. et Alexx. (Sed. D. It. add.
ἐξεγερθεις.) — Ib. post προαγειν add. αὐ-
του c. D. 1. 13. 69. 194. al. Copt. Arm.
Syr. Vulg. — Ib. loco προς habet εἰς
c. 1.

VII. 3. πυγμη c. Rec. et Alexx. (Sed D. πυκμη)

Ib. ἐσθιουσι c. Rec. et Alexx. (Sed D. al. 2.
Aeth. Arm. It. addunt ἀρτον.)

4. ἀν' ἀγορας c. DABL. 72. 102. — (Ib.
post ἀγορας D. It. Arm. addunt ἐαν ἐλθωσι.)

— Ib. τινα loco πολλα, solus. — Ib.
χαλκειου c. AL. al. — Ib. και κλινων c.
Rec. et D. (Sed omitt. haec BL. 102.
Copt.)

19. καθαριζων c. BLAGHS. 1. 69. 194. al.
(Sed D. καθαριζει.)

24. ηλθεν bis c. M. al. — Ib. ορια bis c.
DBL. 1. 13. 61. in ora. 69. 209. — Ib.
και σιδωνος omittit bis c. DI. 28. It. —

- Ib. την c. Rec. et D. (Sed omitt. BL. al.
multi.) — Ib. ηρελησε c. 13. 69. 124.
- VIII. 12. ὅτι loco τι solus. — Ib. συμειον ἐπι-
ζητει c. Rec. (Sed ζητει συμειον BCDL 13.
33.) — Ib. αριην αριην solus.
29. Origenes: Marcus, ait, non addidit διος του Θεου του ζωντος, (Sed addunt hoc 13.
69. 124. item L. 157. Syr. Syr. hieros.)
30. λεγωνι c. Rec. (Sed DCG. ειπωσι.)
- IX. 1. γενονται c. L. 131. 157. al.
2. ante μετεμορφωση addit, diserte Marco
tribuens, quae vere Lucae sunt: ἐν τῷ
προσευχεσθαι αὐτὸν c. 13. 28. 69. 124.
3. λευκα και στιλβοντα hoc ord. solus. —
Ib. λιαν om. solus — Ib. loco ως χιων ha-
bet ως το φως c. tribus Evangeliorum (Sed
omitt. utrumque BCL. 1. Arm. Aeth.)
- Ib. ante λευκαναι add. οὐτα c. BCL. 13.
33. 69. 116. 124. al. Copt. Aeth. Arm.
(Sed D. ως οὐ δυναται τις λευκαναι ἐπι-
της γης.)
- c. τι ἔλασι semel, solus. Alibi bis τι ἀπο-
κριην c. BCL. 1. 28. Copt. (D. cum mul-
tis aliis: τι λαλησει.)
34. τις αὐτῶν μειζων ἔστι. Sic fere 13. 69.
35. γενεσθαι semel solus, loco είναι.
36. αὐτο prius omittit. c. 1. 116. (Sed D. ha-
bet αὐτον.)

37. ἐν om. c. D. 124. al. 2. — Ib. ἐπι τῷ
bis c. Rec. et Alexx. (Sed ἐν τῷ D. 69. al.
3.) — Ib. τῷ ἐμῷ σὸνοματὶ loco τῷ σὸνομα-
τὶ μου, solus.
- X. 14. ἔσαστε et ἐλθεῖν. solus.
18. εἰς ὁ c. Rec. (Sed D. μυονος εἰς.)
- 20 παντα ταῦτα c. D. Clem. — Ib. ἐφυλαξα
c. DA. 28. Clem.
34. τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ c. Rec. (Sed μετα τρεις
ἡμέρας BCCL. Copt. It.)
35. καὶ λεγούσιν, loco λεγοντες, c. D. Prae-
terea addit αὐτῷ c. DBCL. Copt. Arm. Syr.
- 38 τῷ ποτήριον πιειν solus. — Ib. ἢ, loco καὶ,
c. DBCL. 1. 13. 28. 69. 124.
46. ἐρχεται bis c. D. 6. Mt. 17. It. — Ib.
ἐκειθεν, bis, loco ἀπο ιεριχο, c. D. Goth.
It. — Ib. ante νιος add. ιδου ὁ c. 13. 69.
124. — Ib. βαρτιμαιος c. Rec. (Sed D.
It. βαριτειμαιος) — Ib. ἐπαιτων bis c. D.
47. ναζαρηνος c. BL. 1. 118. Vulg. It. (ναζο-
ρηνος D.) — Ib. νιος, sine ὁ, c. 28. —
— Ib. ιησου om. c. L. 108. 127. 131. al.
10. Syr. Codd. latt.
48. οι πολλοι solus. — Ib. κυριαγι solus. —
Ib. νιος c. D. 28. 124.
49. εἰπεν αὐτον Φωνηθῆναι bis c. Rec. et D.
(Sed BCL. al. Copt. Syr. p. in m. εἰπεν.
Φωνησατε αὐτον.)

50. αὐτοῦ post ἵματιον om. solus. — Ib. loco ἀναστὰς habet ἀναπηδῆσας c. DBL. al. 2.
Copt. Syr. p. Gōth. Vulg. It. Semel oblique locum hunc excitans, habet ἀναπηδῆσε
καὶ ἀνεστῇ. — Ib. τὸν ἵησουν c. Rec. et Alexx. (Sed D. αὐτοῦ.)

51. om. σοι solus. — Ib. ἡαββαυνι c.
BCLAKM. al. 72. (Sed D. It. πυριε ἡαββει.)

52. αὐτῷ, loco τῷ ἵησου, c. DABCL. 1. 13.
28. 69. 124. al. Vulg. It. Copt. Aeth. Arm.

XI. 1. ἰεροσολυμα c. DBL. 13. 69. al. et Or. in Jo. — Ib. καὶ εἰς βηθανιαν, omisso εἰς βηθφαγη, c. D. Vulg. It. Sic Origenes bis et diserte in comment. in Matth., sed aliter in Jo.

2. ἐκαθίσε c. CL. Ev. 36. et Or. in Jo. (Sed D. κεκαθήκε) — Ib. cum D. non legit οὐπω, quod cum BCL. habet in Jo.

3. τι λυετέ τὸν παλον; c. D. 69. 124. It. Arm.
(Sed τι ποιεῖτε τούτῳ; Or. in Jo. c. Rec. et Alexx.) — Ib. post ἀποστέλει bis addit παλιν c. DBCL. al. (Sed in Jo. et semel in Matth. omittit.)

4. Loco ἀπηλθον δε καὶ habet καὶ ἀπελθοντες c. D. Vulg. It. Copt. Syr. (In Jo. legit καὶ ἀπηλθον καὶ c. BL.) — Ib. τὸν om. semel c. DBLA. aliis multis et Or. in Jo.
— Ib.

- Ib. την habet c. Rec. et D. (Sed omittit id Or. in Jo. c. B.)
10. om. ἐν ὀνοματι κυριου c. DECLU. 1. 13.
69. 124. al. 3. Vulg. It. Copt. Arm. Syr. et Or. in Jo.
13. ante μακροσυ addit ἀπό c. DABCLM. 1.
13. 69. 124. al. 9. — Loco εἰ ἀρα εὑργεῖ τι habet bis ως εὑργεων τι, c. verc. brix. (Sed D. et It. οἵδειν, ἔαν τι ἔστιν) — Ib. loco και ἐλθων habet ἐλθων δε — Ib. habet ἐλθων ἐπ' αὐτην c. Rec. (Sed D. et It. omittunt haec.) — Ib. loco οὔδεν εὑρεν habet και μηδεν εὑρων c. D. graece, et verc. — Ib. post Φυλλα add. μονον c. 13.
61. 69. 124. item C. 28. — Ib. ante καιρος addit bis σ, solus.
14. και prius omm. c. D. graece, verc. — Ib. ὁ ιησους om. c. DABCKLM. al. multis. — Ib. εἰς τον αιωνα ἐκ σου bis c. DBCL. 1. Vulg. It. Syr. Arm. — Ib. μηδεις bis c. DABCL. al. multis. — Ib. Φαγη c. C. 1. 13. 69. al.
18. εἰ ἀρχιερεῖς και οἱ γραμματεῖς c. DABCL.
1. 124. al. — Ib. ἀπολεσωσιν c. DAH. al. — Ib. Loco ὄχλος habet λαος, solus.
21. ιδου c. D. — Ib. ἐξηρανθη c. DL. 1. al. 4.
25. loco σταν habet ἔαν, solus.

XII. 1. ἀνθρωπος τις ἐφυτεύσε αμπελῶνα c. 13.

69. Arm. Syr. — Ib. post περιεσθῆκεν add.
αὐτῷ c. 23. Syr. Arm.

24. μη γινωσκούτες c. D.

25. ως οἱ ἀγγελοι c. B. Sed servat sequens
οἱ, quod omittunt DCL. 1. 124. 167.
al. multi.

26. ὁ omittit ter c. D. 10. et Or. in Jo.

27. post οὐκ ἔστιν ὁ θεός add. θεός c. M. 15.

33. 69. 124. al. 30. (Sed Or. in Jo. omittit.)
— Ib. ante ζωντῶν om. θεός c. DABCKL.
al. multis et Or. in Jo.

XIV, τούτο το ποτηγοιν ἀπ' ἑρου c. D. 1. 209.

62. ἐκ δεξιῶν καθηγουντος c. DBLM. al. multis.
(Sed Or. in Jo. ut Rec.)

Habes hic, Lector benevole, catalogum
omnium Marci locorum, ab Origene in
commentariis suis tum in Joannem tum in
Matthaeum excitatorum, cum indice lectio-
num cunctarum a recepto textu discrepan-
tium, ac five cum alexandrinis five cum occi-
dentalibus concordantium, five Origeni pec-
culiarium. Si vero singula Marci verba ab
Origene in utroque commentario laudata, et
paginas editionis operum Origenis Ruacanae,
ubi citatio quaque reperiatur, accuratissime
refici-

refcire cupis, adi quaeſo Symbolas meas criticas tom 2. pag. 339 — 358. Jam quae e praemissa hac lectionum Origenianarum sylloge ſuapte ſponte conſequantur, age vi-deamus.

1. Origenes, faltem in duobus illis com-men-tariis, e quibus Marci loca ab illo lauda-ta collegimus, lectiones a receptis diverſas perraro *ſolus* habet; fere ſemper conſentiant ei codices aliquot adhuc ſuperſtites. Hinc luculenter apparet, plerumque eum Novi Te-lamenti loca diligenter exſcripſiſſe e codici-bus, qui ei ad manus eſſent, et quorum ſimi-les adhuc extant. Falluntur ergo vehemen-ter, qui eum ſaepiſſime memoriter ac valde negligenter dicta biblica recitaffe cauſantur, atque hinc evincere ſtudent, uti Patrum uni-versim, ita nominatim etiam Origenis allega-tiones biblicas exigui et paene nullius eſſe pre-tii in re critica, nec poſſe ex hiſ judicium tuto ferri de conditione codicum a Patribus uſurpa-torum*). Quod ſi ita ſe haberet, fieri non po-tuif-

*). Vanam iſtam nonnullorum perſuasionem maſcu-le nuper impugnat Vir S. Rev. Jo. Severin Va-ter in Spicilegio I. obſervationum ad uſum Pa-trum

tuisset, quod revera factum esse oculis nostris videmus. Nempe fieri nequivisset, ut α) idem Pater eundem locum eodem modo saepe saepius recitaret, ac ut β) fere semper, sicubi a vulgari textu recederet, unum et alterum haberet socium, perraroque solus incederet, atque ut γ) iisdem, aut ejusdem saltim familiiae sociis stipatus tantum non ubique reperiatur. Largimur quidem, Origenem non semper codicem suum evoluisse, quotiescumque locum aliquem Bibliorum excitare vellet, sed memoriae suae interdum esse consilium, unde passim constructionum aut vocum synamoniarum commutationes, articulorum vel particularum vel propositionum, quas incidentes vocant, omissions, et hujus generis discrepantiae aliae, sensum plerumque non mutantes, ortae sunt. Concedimus praeterea, Origeni non semper facisse propositum, singulas voculas ac syllabas loci alicujus proferre; interdum enim pro consilio sui ratione nounula immutavit, omisit, addidit, vel etiam sensum tantum auctoris sacri exprimere voluit suo modo suisque verbis. Sed haec omnia negotium facessere nequeunt critico perito et

atten-

trum graecorum in Critica Novi Test. pertinen-
tium. Regiomonti, 1810.

attento, qui criteria, quorum ope allegationes Patrum accuratae et certae a reliquis discerni possunt *), bene cognita habet et perspecta. Nec impediunt allegationes nonnullae liberiores aut quacunque de causa dubiae, quo minus caeteras, numero multo plures, pro certis ac fideliter e codice sacro exscriptis habemus, praesertim si aliorum, maxime cognatorum, testium assensu confirmentur. Quid? quod Origenes fortasse nonnunquam putatur negligenter excitasse, quae ipse *e suo* codice curate ac religiose transcriptit. Etsi enim plures habemus, ut mox monebimus, libros manuscriptos, mirum in modum Origeniano exemplari similes, tamen non habemus hoc ipsum, sed superstitem vetustissimi codices aliquot seculis eo, quem suis manibus trivit Origenes, recentiores sunt. Potuit ergo Noster in suo codice invenire lectiones, quae in nullo eorum, qui aetatem tulerunt, reperiuntur, eamque ob causam negligentiae Viri in laudando textu attribui debere videri possunt. Caeterum vix est quod moneamus, multa cautione opus esse in defendendis aut commen-
dan-

*) Copiose de potioribus illis criteriis exposui olim in Diff. de codicibus Evangeliorum Origenianis, Halae, 1771. pag. 36—50.

dandis lectionibus Origeni vel ulli caeterorum
Patrum peculiaribus.

2. Si scripta Origenis, quae graece super-
sunt, universim spectas, textus locorum No-
vi Test. in ipsis laudatorum consonat plerum-
que ad textum codicum Evangeliorum BCL
et Paulinarum epistolarum ABC; qui omnes
cum Alexandrinam repraesentent textus recen-
sionem, consequitur, codicem, quo fere ute-
batur Origenes, ad eandem recensionem fuisse
conformatum. Hoc ita se habere, in *Sym-
bolis criticis* tom. 1, pag. LXXVI — CIII. CVII.
CXXIV. CXXIX sq. et CXXXIII sq. abunde
probavi, et inter alia docui, α) in locis Evan-
geliorum talibus, ubi de vera lectione Ori-
genis certo nobis constat, observasse me lec-
tiones 139 codicibus C et L communes, at-
que inter has 139 esse 123, in quibus con-
sentiat Origenes, et 16 tantum ab Origenianis
discrepantes; ac similiter β) inter lectiones
epistolarum 88, in quibus codices A et C in-
ter se conspirant, esse 75, quibus suffragetur
Origenes, et tantum 13, a quibus hic abhor-
reat. Quis igitur est, quin miretur stupen-
dum profecto consensum Origeniani textus
cum binis illis codicibus, praesertim ubi hi
ipsi (concurrentibus plerumque codice etiam B

et

et versione copto-memphitica) inter se consonant. Hujus generis animadversiones, quales loco mox citato exposui, fundamenta sunt criseos meae et doctrinae a me traditae de vetustissimis recensionibus. Hanc igitur si quis refutare cupit, illa evertat necesse est, quae quandiu inconcussa manent, vanum est et irritum quidquid recensionum osoresogganiant.

3. Ad eandem hanc alexandrinam recensionem pertinebat etiam Evangelii *Marci codex*, qui praefto fuit *Origeni commentarium in Ioannis Evangelium scribenti*. Docet id lectionum indiculus supra a me exhibitus et litera A insignitus. Sed paullo distinctius haec exponenda sunt. Nempe a) Origenes in commentario in Ioannem e capitibus Marci II. III. IV. V. VII. VIII. XIII. et XVI. prorsus nullos, e capp. vero VI. IX. X. et XV. per paucos, tandem e capp. I. XI. XII. et XIV. sat multos excitavit locos, cuius rei causa posita est potissimum in eo, quod major pars commentarii hujus interit, Origenes autem tum demum laudare solet Marcum, ubi parallelos apud Ioannem locos tractat. b) Codex Origenianus in capp. I. VI. IX. X. XI. (et probabiliter etiam in II. III. IV. V. VII. VIII.) plane

plane consonavit alexandrinis; in primis memorabiles sunt capitinis XI. versiculi 1 — 12 quos Origenes Opp. tomo 4, p. 181. integros excitat, et ita quidem, ut in ipsis adeo minutissimis alexandrinis libris BCL tantopere concinnat, ut hos ipsos ante oculos positos habuisse videre possit; contra vero c) in capp. XIII. XIV. XV. (et fortasse etiam in XIII. et XVI.) exemplar, de quo hic loquimur, Origenianum non fuit pure alexandrinum, sed admixtas habuit lectiones non paucas occidentales aliasve. Itaque d) exemplar istud e duabus partibus fuerat conflatum, altera pure alexandrina, altera itidem quidem alexandrina, sed mixta. e) Quod ad lectiones attinet utrique recensioni communes, et in codicibus BCL aequae atque in D. 1. 13. 28. 69. obvias, haec in allegationibus Origenianis ei, quam quoquo loco potissimum sequitur Origenes recensioni ergo, in commentario in Ioannem, alexandrinæ, in comment. autem in Matthæum, occidentali, attribuendae sunt.

4. Recte observarunt viri docti, Origenem non semper unum tantum eundemque Novi Testamenti codicem usurpasse. Quin ipse non raro dissonantiae των ἀντιγραφῶν mentionem injectit. V. c. Matth. 16, 20. aliquoties

ties habet receptum διεστειλατο, sed Opp. tom. 3. pag. 532. ιστεον μεντοι, inquit, ὅτι τινα των ἀντιγραφων του κατα Ματθαιου ἔχει το· ἐπετημησεν, cum DB. — Matth. 18, 1. in textu et semel in commentario habet vulgare ᾧρα, sed tom. 3. p. 583. κατα μεν τινα, ait, των ἀντιγραφων· ἐν ἐκεινῃ τῃ ᾧρᾳ, κατα δε ἄλλα· ἐν ἐκεινῃ τῃ ἡμερᾳ, et posterius quidem cum cod. 1., Evangelioriis duobus, Armena et Itala. — Matth. 21, 5. aliquoties repetit lectionem vulgo receptam ἐπιβεβηκως ἐπι ὄνον και πωλου νιον ὑποζυγιου. Sed tom. 3. p. 738. posquam eadem*) haec verba recitasset, addidit: η αις ἐν τισι· πωλου ν υποζυγιου. Scilicet nonnulla exemplaria omittebant νιον, quod abest a nostro L. et ab ipso etiam Origene semel (t. 4. p. 181.) praetermissum est. — Luc. 9, 48. Origenes cum BCL. 1. 131. Evangelioriis nonnullis et versionibus Copt. Slav. It. Vulg. legit ἐστιν μεγας, sed tom. 3. p. 597. ἀνεγνωμεν δε και ἐν ἄλλοις· ἐσται μεγας, quae est lectio codicum plerorumque, et inter hos etiam codicis D. — Luc. 14, 19. Origenes t. 3. p. 981.

εν

*) Quae in editis Origenis operibus adjecta hic sunt verba, και πωλου νεον, ea delenda esse, alibi (in Diff. de codicibus Evangeliorum Origenianis p. 41. sq.) docui.

ἐν τισιν, ait, ἀντὶ τού· ἐρωτω σε (scil. ἔχει με παρηγόμενον), quae est lectio vulgaris, κείται· καὶ διὰ τούτο οὐδὲν αὔραται ἐλθεῖν, uti legitur in D. et Itala, nisi quod D. loco καὶ διὰ τούτο, habet synonymum διο. — Io. 1, 14. Tæpe cum recepta habet: ἐν αὐτῷ ζωή ἡγ, sed t. 4. p. 72. τινα μέντοις, inquit, των ἀντιγραφῶν ἔχει, καὶ ταχα οὐκ ἀπιθανως· ὁ γεγονεν, ἐν αὐτῷ ζωή ἐστιν. Atque sic D. It. et Patr. latt. — Locum Hebr. 2, 9. aliquoties sic profert, ut legat, χωρὶς θεοῦ, quod reperitur in duobus codicibus graecis, veteristarum lectionum plenis, scil. in 53 et ex correctoris diligenterissimi emendatione in 67, item in codd. syriacis et in scholio Theodori mopsvesti ac apud Theodorenum nonnullosque Patres latt., quorum allegationes confirmant testimonium Hieronymi, tradentis, sic legi in codicibus quibusdam latinis. Sed Origenes tom. 4. p. 4. monet, ἐν τισι κεισθαι ἀντιγραφοις· χαριτι θεοῦ, et semel (ibid. p. 392.) habet χαριτι ἢ χωρὶς θεοῦ. Habet autem χαριτι D. cum caeteris.

5. Cum igitur Origenes iterum iterumque profiteatur ipse, plura sibi ad manus fuisse librorum Novi Testamenti ἀντιγραφα, non est cur dubites, plura etiam Marci exemplaria

plaria praefato ipso fuisse. Atque cum lectio-
nes pleraeque ab ipso prolatae ex ἀντιγραφοῖς,
quae a suis, quibus fere utebatur, distinxit,
reperiantur in codicibus D. i. et in Itala ac
Patribus latinis, hoc est, testibus ad occiden-
talem familiam pertinentibus: mirum videri
debet nemini, habuisse eum Marci etiam co-
dicem, recensionem occidentalem represe-
ntantem. Et sic rem se omnino habuisse, ab-
unde testatur duplex lectionum Origeniana-
rum tabula, supra a nobis proposita; quarum
altera, litera B inscripta et e commentario in
Matthaeum collecta, ingentem numerum si-
stit lectionum in codicibus D. 1. 13. 28. 69.
124. 131. 157. et in It. Vulg. nec non in Syr.
obviarum, atque hinc ad recensionem occi-
dentalis referendarum. Ad eandem, nostro
jure, ut nr. 3 ostendimus, pertinere statui-
mus lectiones utriusque recensioni communes,
sed in commentario in *Matthaeum*, ubi occi-
dentalis regnat, occurrentes. Infitias ire no-
lo, sed ipse in tabula B monui, haud paucas
Marci lectiones reperiri in commentario Ori-
geniano in *Matthaeum*, diffonantes a lectio-
nibus codicis D. Sed animadvertere Te ve-
lim, a) codicem D scatere innumeris vitiis
manifestis, quae Origenes non repudiare ne-
quivit, et facile in suo exemplari, si quidem

in

in hoc jam irrepissent, vel ex memoria vel collatis aliis libris corrigere potuit; v. c. Marci 6, 39. *κατα την συρποσιαν.* cap. 7, 3. *πυκκη.* cap. 10, 46. *βαριτειμιας.* v. 51. *κυριε γεββει.* cap. 11, 13. *ιδειν, εαν τι εστι.* Deinde b) meminisse juvabit, codicem D pluribus seculis recentiorem esse eo codice occidentali, quem Origenes suis manibus tractavit. Tempore intermedio multa inculcari potuerunt in textum occidentalem atque sic in codicem quoque D, Origenis aeo adhuc ignota, cuius generis fortasse sunt: Marc. 6, 45. *λεγερεις.* cap. 7, 4. *εαν ελθωσι.* cap. 9, 3. *ως χιων,* pro quo Origenes profert *ως το Φως,* mihi vero utrumque videtur additamentum esse, quod primitus a textu absuerat. Porro c) codices recensionem occidentalem exhibentes permulti olim existitere, inter se ipsi non parum dissonantes; quamobrem negare non licet, Origenianum Marci codicem (plerumque occidentalibus assentientem) occidentalem fuisse; hanc unice ob causam, quia non omnes ad unam lectiones codicum D. 1. 13. 69. aut aliorum occidentalium librorum, hodie superstitem, in eo comprehendimus. Potuerunt in aliis, nunc depreditis; extare. Denique d) quae de codice Marci occidentali ab Origene usurpato differni, mirifice corroborantur nova observatione, quae

quae mihi aliud agenti ultro se obtulit. Nempe non solum in exarando commentario in Matthaeum, verum etiam in conscribenda *Exhortatione ad martyrium* eodem illo codice occidentalii usus est Origenes. Quia de re ut ipse judicare queas, accipe catalogum lectio-
num omnium a vulgari Marci textu disso-
nantium, quae in illa Exhortatione repe-
riuntur.

Marc. IV, 16. ὅμοιῶς omittit Orig. cum D. i.

13. 28. 69. 131. Syr. Arm. codd. Ital. —

Ib. habet εἰδίως cum Recepta. (Sed omit-
tunt D. i. 36. 40. 60. Copt. etc. codd. latt.
εὐθύς exhibit BCL. 15.) — Ib. omittit
αὐτοῦ cum 13. 28. 69. 124. 131. Arm.

17. ἐπαυ, solus, loco sita.

VIII. 34. εἰ τις o. DBL. i. 13. 28. 69. 124.

— Ib. ἀκολουθεῖν c. DM. i. 17. 131. 157.

aliis multis. Ital. Vulg. Goth. Aeth.

35. prius τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν hoc habet or-
dine, solus — Ib. posterius τὴν ψυχὴν
αὐτοῦ omittit, et sic fere D, qui ex emen-
datione nunc habet ὅσδεν ἀπολεσαι αὐτὴν,
sed totum hunc στιχὸν neglexerat li-
brarius, homoioteleuto αὐτὴν . . . αὐτὴν
deceptor. Evidem lectionem Origenia-
nam nostram primitus in occidentalii textu

exitisse autem; deinde claritatis causa
 in αὐτῷ insertum fuit in codice, e quoD trans-
 scriptus est, id quod omissioni propter
 homoioteleton ausam dedit in D; tandem
 codd. 13. 69. 124. 131. 157. aliique in locum
 istius αὐτῷ substituerunt την ἑαυτοῦ ψυ-
 χην. Contra vero Alexandrini ab initio
 legisse videntur την ψυχην αὐτου, quod
 e Mattheo aut Luca facile peti potuit.
 Vide commentarium criticum ad h. l.

X. 38. ἢ (loco καὶ) cum DBCL. 1. 13. 68. 69.
 125. It. Vulg. Copt. Arm. et similiter
 Orig. in comment. in Matth.

XIII. 11. ἀγωσιν c. D. 1. 13. 69. 131.
 BLAKMG. aliis. — Ib. τι λαλησῃτε omitt.
 tit solus. — Ib. μηδε προμελετατε c. solo
 38. (Omittunt haec DL. 1. 33. 69. 157.
 It. Vulg. Copt. Aeth.) — Ib. ἐκεινο (loco
 τουτο) cum 13. 28. 69. 91. 124.

XIV. 36. δυνατα σοι πάντα. Sic fere D. —
 Ibid. loco Receptae το ποτηριον απ' ἐμου
 τουτο, Origenes bis habet το ποτηριον του-
 το απ' ἐμου c. ABCGL. 69. 124. 131. (Sed
 D. 1. 209. cum Orig. in comment. in
 Matth. τουτο το ποτηριον ἀπ' ἐμου.) Arbit-
 riae haec sunt transpositiones vocis τουτο.

Sed quid plura? Si quis vel folius capit
 XI, in primis commatum ejus 1 — 12, lectio-

num

num comparationem ad ductum tabularum nostrarum A et B insituere velit, magis s. velut prehendere poterit ambos Origenis codices Marci, alterum alexandrinum in conscribendo commentario in Joannem, circa annum 219 exarato, exhibitum, mirifice propositus cum nostris BCL consentientem; alterum occidentalem, in concinnanda anno 236 aut 237 Exhortatione ad martyrum ac in elaborando circa annum 245 in Matthaeum commentario usurpatum, et nostris D. 1. 15. 28. 69. 124. 131. et 157. persimilem. Neque vero in Marci tantum Evangelio plurimum quasi textuum confians et perpetuum discrimen cernere licet, sed in reliquis etiam Novi Testamenti libris, idem plane testimonia inter se dissidium, eadem lectionum, pro familiarnis, in quas illi quasi coeunt diversitate, varietas, eadem habitus universi, quo textus ab una familia exhibitus a textu alterius familiae discernitur, dissimilitudo reperitur non solum in libris manuscriptis modo enumeratis, sed etiam, ubi hi deficiunt, in aliis, in locum istorum succendentibus.

6. Iam si haec quae de duplice Origenis codice disputavi vera sunt, ut certissime sunt, prona nec ullo modo declinanda consequentia inde cogitur:

a) ex-

- a) extitisse antiquitus duas textus Novi Test. recensiones, etiamnum in veteribus codicibus et versionibus superstites, quarum alteram alexandrinam, alteram occidentalem appellare solemus;
- b) ambas esse Origene, qui utraque usus est, antiquiores, ideoque ad tertii minimum seculi initia referendas;
- y) fuisse eas vere diversas, inter se dissidentes innumeris lectionibus et tota conformatio nē habituque universo textus;
- d) at consentire tamen ambas non raro in lectionibus vetustis, pro quibus recensiones aliae, praesertim recentiores, substituerunt alias;
- e) extitisse Origenis jam tempore libros, e binarum recensionum particulis conflatos, atque ex hoc genere fuisse Marci codicem ab Origene, commentarium in Joannem conscribente, exhibitum, qua majorem partem plane alexandrinum, qua posteriora capita mixtum;
- s) procedente tempore recensionum confusione magis invaluisse, exaratosque esse, seriore potissimum aevo, libros, quorum textus pro basi habet recensionem occidentalem, cui autem passim adspersae sunt lectiones alexandrinae, ve lut

Iut codices 1. 13. 28. 69. 124. 131. 157,
quos supra in tabula nostra B saepe lau-
davimus; vicissim antem scriptos etiam
libros consonantes fere alexandrinis, sed
admisitas habentes lectiones occidentales
aliasve, v. c. cod. 33.

- ¶) diligentem tamen criticum, cunctos pro
lectione aliqua productos testes studiose
inter se comparantem, plerunque posse
discernere, cuinam adnumeranda sit re-
censioni;
- ¶) majore quam adhuc crediderunt critici,
cautione opus esse in judicanda conditione
textus sacri, quo Pater quisque usus est,
et in definienda recensione, quam codex
ejus representavit. Etenim fieri potuit,
ut idem Pater alio tempore alium codi-
cem, ad aliam recensionem conformatum,
usurparet. Si quis v. c. de celebratissi-
mis olim exemplaribus Origenis eorum-
que textu sententiam ferre vellet unice
secundum syllogen lectionum Evangelii
Marci e solo commentario in Matthaeum
decerptarum, is profecto multum a vero
aberraret. Optandum sane esset, ut accura-
tas haberemus collectiones omnium lectio-
num ex operibus Patrum praecipuorum, ut
Athanasii, Basili, Gregoriorum nazian-
zeni

zeni et nysseni, ex optimis editionibus
ita excerptarum, ut non solum cujusque
Patris lectiones separatim proferrentur,
sed facile etiam in oculos incurreret, e
quonam ictius Patris libello (sive genuino
sive spurio sive dubio) lectio quaeque
deprompta sit. Fieri hoc potest vel ad
positio lectioni cuique libelli ubi reperta
fuit titulo, vel adscriptis tomis et paginae
numeris. Posterius brevius est et ad finem
obtinendum sufficiens, dummodo lectio-
num syllogae praemittatur indiculus tum
singulorum libellorum, tum paginarum,
in quibus quolibet scriptum inchoatur et
finitur. Hanc rationem et viam priori
praetuli in mea lectionum Origenis syl-
logie, tomo 2 Symbolarum criticarum,
eandemque nuperrime in excerptis Cy-
rilli alexandrini allegatis secutus est Va-
teretus, Vir celeberrimus, in Dissertatione
supra laudata.

II.

Summe Rever. Hugius, Vir clarissimus,
tomo priore libri egregii, quem inscripsit:
Einleitung in die Schriften des Neuen Testaments, Tübiugen 1808. graeci textus Novi
Test. historiam contexere instituit, qualem
diu desiderabamus, inque ea de variis hujus
textus recensionibus copiose ac docte egit.
Mirabuntur autem fortasse lectores mei, Hu-
gium non differuisse de recensionibus occiden-
tali, alexandrina et constantinopolitana, qua-
rum nomina in scriptis meis criticis frequen-
tantur, sed landasse eum editionem *novij* seu
vulgatam graecam, et recensiones Hesychia-
nam, Lucianeam et Origenianam. Putabunt
igitur nonnulli, rationem Hugianam repugna-
re meae. Ego vero magnopere gavisus sum,
cum viderem, in eo in quo totius rei cardo
vertitur, habere me Virum celeberrimum mihi
consentientem. Mibi quidem visum fuerat,
recensionibus imponere nomina regionum vel
metropolew provincialium, in quibus vulgo
usur-

usurpabantur, quo pacto facilius intelligi poterat, in quibusnam versionibus ac Patribus recensio quaeque potissimum quaerenda esset. Ille vero maluit recensionum (si κοινὴ ἐκδοσιν excipias) appellationem petere a nominibus virorum, quos novas τῆς κοινῆς recensiones elaborasse suspicatus est; ratus forsitan, sic uno velut icta pessum dari objectiunculas adversus ipsum nomen: *recensio*, in medium prolatas; nec diffiteor, hac ratione servari usitissimam vocabuli *recensio* significationem. Ultero etiam largior, satis commodum esse hunc recensiones ab eorum auctoribus denominandi modum, si quidem dubium non sit, quin Hesychius, Lucianus, Origenes veri sint auctores earum, quae iis attribuuntur, recensionum. Sed hac ipsa de re me dubitare fateor. Dubitationis igitur causas expone re mihi liceat, sed paucis et modeste, nec eo animo, ut cum Viro doctissimo, quem per magni me facere ingenue profiteor, decertem, sed ut tum alios viros harum rerum peritos, tum in primis Ipsum excitem et humanissime invitem ad novum instituendum causae, quae in universa re critica Novi Test. maximi momenti est, examen, quo ea, si ullo modo fieri id possit, ad liquidum tandem perducatur.

Ita-

Itaque quod *primo ad occidentalem re-*
censionem seu κοινην ἐκδοσιν attinet, de hac fa-
tis bene inter clar. Hugium meque convenit;
Equidem occidentalem eam appellavi a), quia
legitur in codicibus graecis in occidente exar-
ratis, quales sunt graeco latini omnes, b) quia
versio, qua utebantur veteres occidentales, vi-
delicet prisca latina, eam expressit, et c) quia
Patres occidentales veteriores in landandis
Novi Test. dictis codices ad eam expressos
exscripserunt. Neque tamen usum ejus intra
Occidentis limites inclusum fuisse putavi; be-
nne enim neveram, penetrasse eam in dissitas
etiam regiones, velut in Aegyptum superiorem
et in Syriam, id quod testantur sahidica ver-
sio et syriaca (Peschito dictae) lectiones haud
paucae. Ipfem etiam de via, qua illuc per-
tingere potuerit, qualescanque conjecturas
meas passim exposui; labens autem largior,
ex Hugiana quoque hypothesi hujus rei ratio-
nem facile, immo facilius fortasse, reddi pos-
se. At in Occidente tamen praecipua ejus se-
des erat, ibique diutissime in usu mansit;
nam nono adhuc et decimo seculo exempla-
ria occidentalem textum exhibitia exarata
fuere, velut Boernerianum et Sangermanen-
se. Equidem non putabam, primitivam ejus
conformationem deberi diligentiae viri cuius-
dam

dam eruditi, exemplar quod praestio ipsi esset
recognoscentis textumque, collatis pluribus li-
bris, pro suo arbitratu constituentis, sed autu-
mabam potius, manasse eum e veteribus
apographis singulorum Novi Test. librorum
aut collectionum mancarum et imperfectarum,
cujus generis exemplaria, antequam το Εὐαγγελιον et ὁ Ἀπόστολος ederentur, ubique circumfe-
rebantur haud pauca, postea seposita a graecis,
sed servata a latinis seu occidentalibus *). Ve-
runtamen non dubitavi textum occiden-
tium, tametsi sic ortum, *recensionis* nomine
in signire, partim, quia in libris critici argu-
menti persaepe mentio simul facienda est cum
recensionum alexandrinae et constantinopolita-
nae, tum etiam textus occidentalis, quam-
obrem tres illos textus diversos, haud inepte
brevitatisque causa, communi omnibus de-
nominatione, tres recensiones appellari pos-
se putabam; partim, quia dubitabam, utrum
idoneis argumentis historicis evinci queat,
textum familiarum reliquarum, nominatim
alexandrinae ac constantinopolitanae, ortum

*) Conf. Comment. crit. Partic. 2. p. 202. et Curae
meae in Historiam textus graeci epistolarum Pa-
linarum. Jenae 1777. 4. p. 60 et 69 sqq.

suum debere recognitionibus unius et item alterius critici; partim denique, quia persuasum mihi est, textum codicis D, qui occidentalium facile princeps est, transcriptum esse ex alio, quem criticus (nesco quis) diligenter recensuerat, certam rationem hoc in negotio fecutus, cuius rei indicia passim, praesertim in passionis et resurrectionis historia, observasse mihi videor. — His igitur de causis de *recensione aliqua occidentali* non temere locutum me esse, autumo.

Contra vero cel. Hugius iisdem codicibus, quos equidem receptionem occidentalem continere ajo, inesse contendit κοινὴ ἐκδοσιν, vulgarem editionem, nomine hoc translato e historia critica versionis των ὁ. Doce, ut solet, et copiose de ea egit pag. 113 — 164. Obloqui nolo Viro clarissimo. De verbis enim rixari *), literarum cultores dedecet. Nec est,

*). Si nodum in scirpo quaerere non taederet, monere possem, editionis nomen non magis saltem rei esse adaptatum, quam recensionis vocabulum. Nam vulgarem illam editionem nemo editi, uti occidentalem receptionem (primitus) nemo recensuit. Ne multa. Caremus verbo, quod plene ac perfecte denotet id quod volumus, scilicet eam

est, cur obloquar. In rei enim summa bene
inter nos convenit. Consentimus de indeo tex-
tus hujus ἐκδοσεως s. recensionis, et de vitiorum,
quibus inquinatus est, tum generibus tum origi-
ne. Quam Ille vivis coloribus pinxit textus
istiū imaginem, persimilem invenies adumbra-
tioni, quam tentavi in Curis in historiam tex-
tus, modo citatis, pag. 71. et in Prolegomenis
in Novi Testamenti editionem Halensem alte-
ram pag. LXXVII. seu Lipsiensem pag. XXV.
Consentimus etiam, hunc textum esse om-
nium antiquissimum, ejusque natales referri
debere ad primam historiae sacri textus perio-
dum. Etenim incunabula ejus reperisse mi-
hi videor in ἀντιγραφοῖς ante editionem του
Εὐαγγελίου et του Ἀποστολού exaratis, et in
illorum ἀπογραφοῖς. Consentimus praeterea,
primis Christianismi temporibus*) nulla ex-
titisse alia exemplaria, nisi κοινῷ illam exhib-
entia, et consequenter, hujus generis ἀντι-

γραφα

eam indolem et conditionem internam textus in
codicibus nonnullis inter se cognatis obvii, qua-
ille discernitur a textu codicum ad familiarum alias
pertinentium.

*) Nimis antequam το Εὐαγγελίον et ὁ Ἀποστόλος
ederentur.

*γραφα in omnibus christianorum coetibus, in orientali aequa atque in occidentali imperii romani parte, fuisse usurpata. Consentimus denique, ex ejusmodi generis exemplaribus enatas esse caeteras recensiones. — Sed sunt etiam, de quibus dissentimus. In primis nego et pernego, Origenem, si de textu quem allegavit generatim quaeritur, usurpasse κοινην ἐκδοσιν, nec concedo, necessario eum *hac usum esse*, quia alia recensio nondum extiterit. (Hugius p. 169.) Sed omnino extitit alia, nimirum alexandrina, hoc est ea, quae supereft in codicibus Evangeliorum BCL et Epistolarum ABC. *Hac usum esse* Origenem cum commentarium in Joannem scribebat, evicisse mihi videor in meletemate praecedente. Nec de Marci tantum Evangelio, sed de caeteris etiam N. T. libris, neque de solo in Joannem commentario, sed de reliquis etiam Origenis scriptis, saltim de maxima horum parte, hoc valere, alibi (vid. supra pag. XXVIII.) ostendi. Donec ergo sententia meae contraria firmis probetur argumentis, concedere possum tantum hoc: Origenem, praeter Marci codicem sat pure alexandrinum, habuisse aliud etiam exemplar *Marci*, idque occidentale *sententia κοινην exhibens*. Utrum vero plurimum aut omnium Novi Test. librorum codices ei prae-*

fio

sto fuerint, eidem κοινῇ consonantes, ipseque ex his, seposito alexandrino suo exemplari, interdum N. T. loca excitarat *) , nondum liquet, nec tantum temporis nunc mihi suppetit, quantum requireretur ad diligentissime excutiendas omnino omnes omnium librorum Novi Test. lectiones a vulgaribus discrepantes, quotquot in universis Origenis scriptis occurrunt. At hoc tamen confirmare ausim, in commentario in Matthaeum nulla extare indicia certa, e quibus colligere liceat, tnm temporis Origeni ad manus fuisse exemplar Joannis occidentale; et vicissim, in commentario in Joannem nil inveniri, quod indubie doceat, Origeni tunc praeslo fuisse occidentalem Matthaei codicem. Fateor quidem, reperiri apud Origenem etiam non paucas lectiones, consonantēs lectionib[us] codicis D; sed harum pleraque extant quoque in uno vel altero alexandrinorum librorum, et alexandrinæ recensioni vindican-

dae

*) Variantes lectiones ex ipsis ἀλλοις αὐτηγραφοῖς non raro proferri, supra vidimus p. XXXI. Sed hic quaeritur, utram ipsis libris Origenes unquam ita usus fuerit, quemadmodum occidentali Marci codice in commentario suo in Matthaeum usus est.

dae sunt, quoniam ab Origene multo plures laudantur lectiones alexandrinis peculiares, quam solis occidentalibus propriae, quam obrem quae dubiae videntur, rectius illis quam his adnumerantur.

Cel. Hugius τὴν κοινὴν ἐκδοσίν usurpatam fuisse tradit a Marcione, Irenaeo, Clemente alexandrinio et Syro interprete. *Marcionem* quidem exemplaribus ex Εὐαγγελίῳ et Ἀποστολῷ transcriptis usum non esse, sed horum editione anteriorem collectionem nonnullorum Novi Test. librorum e Ponto Romam secum adportasse, multa docent. *Irenaeum* etiam similem collectionem, sed omnes paene N. T. libros complectentem, ex Asia minore Lugdunum attulisse, credibile omnino est. *Clementi* autem, Alexandriae, h. e. in celeberrima istius aevi officina libraria degenti, praefito fuerunt omnis generis libri, et inter hos non solum apocrypha scripta, sed plura etiam ac diversa N. T. exemplaria, promiscue ab ipso adhibita. Lubens do, perfaepe eum exceptasse loca Novi Testamenti e κοινῇ seu occidentalī ἐκδοσὶ, et consentire mirum in modum cum codice D. Sed non raro consonat etiam codicibus B C L seu alexandrinis; idque non solum iis in locis, ubi hi et D in eadem

lectio-

lectione conveniunt, et anceps reliquitur iudicium, sed alibi quoque, ubi alexandrini discordant ab occidentalibus της κοινης libris; nec in Evangelii tantum, sed in Epistolis etiam (fatente hoc clar. Hugio ipso, p. 152) cum alexandrinis A B C crebro concinit contra occidentales D E F G, v. c. Rom. XII. 11. 1 Cor. III. 1. 2. 3. IV. 13. 2 Cor. I. 12. V. 3. Gal. V. 19. Eph. IV. 19. 24. V. 4. Phil. I. 24. Caeterum Clemens saepes, praesertim in Evangeliiis, neglectis scriptorum sacrorum verbis horumque structura, sensum tantum exprimeret voluit, atque hinc ab utraque discessit recensione. Tandem Syrum interpretem ab occidentali textu seu κοινη propius quam ab alexandrina recensione abesse, largior. At tantum tamen distat ab ista κοινη, ut dubitare liceat, utrum recte ad hanc referri queat. Nec multum a mea hac sententia abludit Hugiana, quae sumit, apud Syros aliam usitatam fuisse της κοινης editionem, quam apud Aegyptios, vel Africanos, Italos Gallosque. Quod si ita est, quidni potius Syros alias quam caeteros, ipsisque peculiari usos esse statuimus recensione? Hanc utrum orientalem an Edeissenam appellare malis, perinde est. Cognata ea est της κοινη, neque tamen est ἡ κοινη ipsa. Nec loca a celeb. Hugio p. 129 et 130.

alla-

allata id docere mihi videntur, cuius causa
afferuntur, nempe ut patescat, eandem esse
 $\tau\gamma\eta\omega\gamma\varsigma$ et syriacae versionis indelem. Ete-
nim lectiones singulares e Matth. XXI. 34 et
Luc. XII. 45 ac IX. 34 petitae, nequaquam
affinitati cum $\eta\omega\gamma\varsigma$ sed ingenio Syri interpre-
tis debentur, quem paraphrasibus, sensui de-
clarando inservientibus, valde delectari sci-
mus. Interpolationes autem e locis Evange-
liorum parallelis, quales apud Syrum Matth.
XXVIII. 18. Luc. IX. 39 item (pag. 132)
Matth. XXII. 22. 23. Marc. VI. 11. XIII. 14.
Luc. IV. 18. deprehenduntur, non magis
quam additamenta e lectionariis libris in sa-
cram contentum traducta, velut Luc. XV. 11.
aut liturgicum illud assumentum Matth. VI.
13, vitia sunt $\tau\gamma\eta\omega\gamma\varsigma$ propria, sed omnibus
codicum et versionum familiis, ac recensioni-
bus omnibus, communia. Quin plerasque in-
terpolationes modo enumeratas, cum aliis
ejusmodi generis multis, quae nunc in versio-
ne syriaca extant, primitus ab ea absuisse et
seiori demum tempore in eam irreplisse, pla-
ne mihi persuasum est. Verissime enim clar.
Hugius (p. 130. 131. coll. prolegomenis in
majorem meam N. T. editionem, Hal. 1796
Vol. 1. p. LXXV.) animadvertisit, versionem
hanc a Diorthote quodam videri recognitam

**** 2 fuis-

fuisse ac castigatam. Id quod quinto seculo
ineunte, antequam ecclesiae orientales nesto-
rianis et monophysiticis rixis discinderentur,
evenisse suspicor, et in Epistolis magis adhuc
quam in Evangelii locum habuisse autumo.

Dicendum jam est secundo de tribus
recensionibus, nominatim Hesychiana, Lu-
cianea et Origeniana, quas Hugius V. S. R. e
κοινὴ ἐνδοσει enatas, et trium istorum virorum,
quorum nominibus eas insignivit, studio et
labore, conferendis inter se pluribus της κοινῆς
exemplaribus impenso, efformatas esse opinata-
tur. Nempe ex Ipsius sententia Hesychius,
Aegypti episcopus, adhibitis libris της κοινῆς
alexandrinis et aegyptiacis, itemque Lucianus,
antiochenus presbyter, in subfidium vo-
catis codicibus antiochenis, Origenes denique,
postremis vitae suae annis in Palaestina degens,
consultis ἀντιγραφοῖς της κοινῆς palaestinensi-
bus, tres procurarunt Novi Testamenti edi-
tiones, quae verissime recensiones dici poten-
rant, utpote ortae, quum quilibet illorum
trium virorum textum recensuit aut recogno-
vit. Differebant autem inter se tum pro ju-
dicii, quo censorum quisque pollebat, subti-
litate ac ἀκρίβειᾳ, tum pro adminiculorum,
qui-

qui^{bis} utebatur, discrimine. Sed paullo cu-
ratius haec expendenda sunt.

Hesychianam recensionem superesse tra-
dit cel. Hugius in codicibus Evangeliorum
BCL, et caeterorum N. T. librorum ABC, aliis-
que codicibus cum his fere conspirantibus, p^{re}-
terea in versione coptica, denique in allegatio-
nibus Scriptorum alexandrinorum, ut Atha-
nasii, Marci et Macarii monachorum, Cos-
mae indicopleustae, et Cyrilli alexandrin*i*.
Ergo haec recensio eadem ipsa est, quam nos
alexandrinam nuncupare consuevimus, quam-
que, assentiente Viro illo doctissimo, a Χονιᾳ
seu occidentali aequ^e atque a Luciane seu
constantinopolitana probe distingnendam esse
docuimus. Largior etiam superstructam eam
esse, tanquam fundamento suo, τη νοινη, quip-
pe quae omnium fuit antiquissima, immo us-
que ad finem paene secundi seculi unica. Hinc
porro intelligitur causa, cur toties alexandri-
na (seu Ev. BCL et Epp. ABC) consonet τη
νοινη (s. Ev. D. 1. 13. 69 124. 157 et Epp.
DEFG.) Etenim consentiunt ambae non so-
lum in lectionibus innumeris genuinis, quae
in τη νοινη servatae erant et ex hac in alexan-
drinam transibant; (quin lectiones tantum non
omnes utrius communes, genuinae reperiun-
tur,

tur, si ex internis veri indiciis judicantur:) sed passim etiam pravae nonnullae lectiones ex illa in hanc vel in ipsis primordiis immigrarunt, vel deinceps, cum plurium recensionum lectiones commiserentur, inventae sunt. Hactenus satis bene inter nos convenit.

Verum enim vero Hesychium recensionis illius auctorem esse, nullo pacto concedere possum; obstant enim rationes chronologicae. Nam etsi historia Hesychii valde est obscura, de eo tamen, quod sciam, convenit inter omnes, floruisse hominem post tertium seculum medium. Certe textum nondum recensuerat ante annum 219, quo Origenes Alexandriae commentarium suum scribere coepit in Joannem. Atqui isto tempore extitisse jam alexandrinam recensionem *αρχοντικης* admodum diversam evicisse mihi videor. Meletemate I. et alibi (vid. supra p. XXVIII.) idem docere sategi. Immo paullo superius probabile esse monui, Clementem adeo alex. praeter alios codices ad manus habuisse alexandrinum quoque tam Evangeliorum quam Epistolarum librum, proxima cognatione cum BCL et ABC conjunctum. Itaque in anteriora tempora ascendendum erit inquirenti in recensionis hujus natales. Et quoniam, historia tacente, conjecturae locus

hic

hic relinquitur, nihil obstat videtur, quo minus conjiciamus, auctores των Εὐαγγελιῶν et των Ἀποστόλου veros fuisse recensionis hujus parentes. Hi enim necessario plures singulorum libellorum codices et plurā primaevarum collectiuncularum exemplaria non solum unidique conquerire, sed e pluribus Evangelii aut Epistolae cuiusque ἀντίγραφοι, quae praefato essent, illud eligere debebant, quod in novam suam omnibusque, quantum sieri posset, numeris absolutam collectionem recipere vellent. Huic negotio intenti, non poterant animum non advertere ad insignem lectionis varietatem in codicibus της κοινῆς obviam, ultroque in oculos eorum incurren-tem. Quam cum observassent, vix abstinere poterant, quo minus deletis vitiis resectisque interpolationibus meliores, quae ipsis vide-rentur, lectiones restituerent, hoc est, tex-tum recenserent. En recensionis, proprie sic dictae, omnium primae origines, ad quas quasi necessaria quaedam rerum conjunctio-nos deducit. Hac conjectura admissa, pro-nun est ad intelligendum, Origenem, et Cle-mensem adeo, invenisse jam codices ad hanc recensionem conformatos, qui cum per alexandrinos potissimum librarios multiplicarentur, ab alexandrinis praecipue scriptori-bus

bus postea usurpati fuere. At Hieronymus, inquies, disertis testatur verbis, Alexandriam et Aegyptum amplexos esse Hesychii opus. Audio, nec Hesychium priscam alexandrinam recensionem denuo recognovisse et a mendis, quas procedente tempore ea contraxerat, purgasse, et novam ac emaculatiorem editionem ejus procurasse, praefracte nego. Quoniam vero, me quidem judice, recensionem Hesychianam *ante* Hesychium statuere oportet, malim equidem alexandrinam eam vocare, quam Hesychianam, ne recentior ea existimetur, quam revera est. Itaque inde ab editione του Εὐαγγελίου et του Ἀποστολού, quae his continebatur recensio in usu fuisse videtur Alexandriae, licet etiam nonnulla priscae κοινῆς exemplaria adhuc ibidem ac praecipue in Aegypto superiore circumferrentur. Contra vero Occidentales et Afri, inter quos mox graecae linguae usus in desuetudinem abibat graecique codices raro desiderabantur, vix unquam graecam illam (του Εὐ. et του Ἀπ.) editionem usurpabant, sed acquiescentes vetustis quae habebant της κοινῆς exemplaribus, et latinis ex his confectis versionibus contenti, unice de eo solliciti erant, ut nanciserentur quos sibi desesse ex illa editione didicissent libellos, hisque mancas suas librorum Novi Testamenti collectione.

ctiones locupletarent. Asiani denique quoniam textu usi fuerint eo, quod inter editorem τον Εὐαγγ. et Lucianum interjacet tempore, nondum ad liquidum est perductum. Crediderim vero, alias της ιωνικης retinuisse exemplaria, alias usos esse editione τον Εὐ. et τον Απ., sed pura ab interpolationibus libriorum alexandrinorum, alias denique usurpasse libros orientalem illam seu edessenam exhibentes recensionem, quam in primaeva versione syriaca expressam fuisse supra conjeci.

E triplici hoc fonte hauiisse puto *Lucianum*, cuius exemplaria, teste Hieronymo, Constantinopolis usque ad Antiochiam probat. Haec recensio, judice Ven. Hugio, reperitur in codicibus EFGHSV aliisque permultis ac nominatim in mosquensisibus plerisque et constantinopolitana ab Ipso nuncupatur, quo nomine egomet ipse quoque appellare eam soleo. Quae de ea monuit Vir doctissimus ita comparata sunt, ut quod vel addam vel opponam vix habeam commemoratione dignum, nisi fortasse hoc, quod Ille haud paucas lectiones ειωνικης, qualis haec in Syriae regionibus et a Syro interprete legeretur, in Luciani textum transivisse putet, quas ego quidem e Lucianis codicibus in syriacam versionem possumi-

nio

nio irrepsisse censeo. Ut cunque tamen hoc se habet, eatenus certe consentimus, hancce versionem, ut quidem hodie eam habemus, illamque recensionem, qualicunque cognationis vinculo, eoque sat arcto, esse conjunctas.

Praeter τὴν κοινὴν (occidentalem) ἐκδοσιν et recensiones Hesychii (alexandrinam) ac Luciani (constantinopolitanam), celeb. Hugius novam, a nemine adhuc obseruatam recensionem invenisse sibi visus est in codicibus Evangeliorum A K M *) 42. 106. 114. 114. Mat-

*) Animadvertisit Ven. Hugius pag. 192, mentionem me fecisse (proleg. in vol. 1. N. T. edit. 2 pag. LXXVI.) tertiae cuiusdam recensionis, (scil. ab alexandrina et occidentali diversae,) in qua velut choragi sind K et M., et hactenus Se mecum consentire; de caeteris autem a me ibidem laudatis codicibus (10. 11. 17. 22. 28. 36. 40. 57. 61. etc.) Sibi nondum liquere. Sed pace Viri doctiss. monere mihi liceat, noluisse me codices isto loco enumeratos ad unam omnes referre familiam, aut eandem omnibus vindicare recensionem, sed hoc unice mihi fuisse propositum, ut significarem, e gregariorum librorum caterva eximendos hos esse; quamvis enim constantinopolitanae lectiones, si universa textus conformatio spectetur, in iis regnent, tamen adspersas his

thaeii 10. et versione syriaca posteriore seu Philoxeniana, a Polycarpo e graeco textu confecta. Scite quidem Vir ven., prolatis exemplis e Lucae capp. 9 et 11 desumptis, commonistravit, istos libros convenire saepe in iisdem lectionibus. At sunt tamen plura ante consideranda, quam de recensione illa tuto judicare queamus. Nam primo, praeter A et Matth. 10, nullus codicum modo laudatorum accurate collatus est, eamque ob causam de vero inter eos consensu aut dissensu et affinitatis qua se attingunt gradu vix certi quidquam pronuntiare possumus. Sunt in eorum numero codices 114 et 116, quos primus ipsem et examinavi. Verum nec hos contuli totos, eave qua fieri potuisse cura. Ad consequendum enim eum, qui tunc propositus mihi esset, finem *) sufficere putabam, si hos aliosque codices tum in locis selectis diligenter examinarem, tum caetera cursim perlustrarem, lectionesque a vulgaribus discrepantes.

iu

his esse plures paucioresve lectiones antiquas et memorables, sive alexandrinas sive occidentales.

*) De eo confer, si lubet, praefationem in vol. I.
Symbolarum criticarum.

in cursoria illa lectione a me observatas, una cum illis quas loca selecta curiosius examinata suppeditarent, in schedas meas conjicerem. Quin posteriorem Evangelii Ioannis partem in utroque codice, et ultima Lucae capita in cod. 114 prorsus intacta reliqui. Itaque nova, eademque diligentissima collatione non solum binorum istorum librorum, sed in primis etiam codicum K M et 42 opus esset ei, qui docere vellet, hancce octo codicium συζυγιαν continere textum a caeterarum familiarum textu ita diversum, ut non nisi e singulare recensione prognatus esse queat. Praeterea, comparans schedas meas modo commemoratas cum collectionibus Wetsteniana et Matthaeiana, animadvertisi, octo istos codices sat raro consentire inter se omnes, sed ubi tres quatuorve in lectione aliqua concordant, caeteros vel tacere vel discrepare. Tandem notandum est, illis inter se concontinentibus, consonare fere semper ingentem aliorum codicum numerum *). Ergo deesse videntur certa indicia

*) Hoc de ipsis adeo locis capitulū Lucae 9 et 12 valet, quibus ceu fundamento celeb. Hugius hypothesis suam pag. 193 et 194. superstruxit. Nempe octo illi codices aut quotquot eorum in lectione-

dicia recensionis peculiaris et a reliquis cunctis vere diversae. Evidem sane istos codices

lectionem ab Hugio laudatum conspirant, contentientes sibi habent

Luc. IX. 1 codices DS. Mt. V. et alios 73.

5 — BCL. 1. 33. et alios 6.

10 — omnes, exceptis BDL et aliis 6.

21 — BCDL. al. 16.

22 — DF. al. 19.

23 — BCDL. al. 15.

ibid — BDL. al. 2.

ibid — BL. 1. 13. 33. 69. 124. 131. et alios.

27 — alios 4.

ibid — DEFGHS. al. 81.

38 — CGHLS. al. 36.

41 — alios 16.

45 — CD. al. 7.

50 — BCDL. al. 16.

55 — alios 15.

59 — alios 17.

XI. 5 — D. al. 26.

10 — EGHS. al. 43.

11 — BCD. al. 37.

13 — D. al. 14.

15 — BCL. al. 15.

ibid — D. al. 25.

22 — alios 5.

23 — BCDL. al. 7.

Lmc.

ces eorumque textum habere malim pro ramo
stirpis constantinopolitanae seu Lucianeae,
quam pro stirpe singulari. Lubens tamen lar-
gior, ramum hunc ab aliis ejusdem stirpis ra-
mulis posse distingui, quin hoc etiam do,
textui quem octo illi codices continent, in-
esse haud paucas lectiones antiquas et bonas,
maximam partem alexandrinas.

Sed mitto hoc, et progredior ad alind
Viri celeb. placitum, cui assentiri nequeo.
Nempe recensionis hujus in AKM etc. super-
stitis, quam Origenianam appellari vult, aucto-
rem fuisse opinatur Origenem, quamvis ultro
fatetur, nusquam in allegationibus locorum
N. T. adhibitam eam fuisse ab illo Patre.
Suspiciatur enim, ultimis vitae suae annis co-
ronidem velut laboribus caeteris imposuisse

Ori-

Luc. XI. 44 codices paene omnes, exceptis BCL.
et aliis 5.

- 48 — paene omnes, exceptis BCL. et
aliis
- 51 — paene omnes, exceptis BCDL.
ibid — alias 15.
- 52 — BCDEL. al. 9.
- 53 — paene omnes, exceptis BCDL.
33 aliasque.

Origenem recensendo Novi T. textu. Verum hisce Viri celeb. hypothesibus plura videntur officere. Nam primo paucos tantum post Deciana tempora annos vixit Origenes, cuius vires tunc et senio et diris quae in crudelissima persecutione sub Decio perpeccus erat *), adeo fractae erant, ut sustinendo tam improbo labore, qualis est novae recensionis elaboratio, vix pares fuisse videantur. Deinde obstat quam maxime istis conjecturis silentium veterum scriptorum omnium, in primis Eusebii, Hist. Eccl. libro 6. cap. 1 sqq. et 16. 24. 31. 32. 36. 39. inter caeteras Origenis laudes admodum copiose de ejus opera in concinnandis hexaplis colligata exponentis, sed ne verbulo quidem indicantis, simile quid praestitisse eum in constituendo Novi T. textu. Atqui, si quis alius, certe Eusebius ejusque familiaris Pamphilus de criticis his Origenis studiis circa Novum T. optime edocti esse debebant, nec silentio transire hanc rem poterant. Ambo enim summa sedulitate descripserunt aut describi curarunt, divulgarnunt ac commendarunt codices Origenianos h. e. eos, quos hic vir e multis aliis tamquam praestantiores selectorat, a vitiis scribarum graphicis, saltim gravioribus, passim purgaverat, ipse fere usurpavit.

*) Vid. Euseb. hist. eccl. libr. 6. cap. 39.

usurpaverat, et fortasse scholiis nonnullis in margine instruxerat. Si vero totum codicum horum textum Origenes recensuisset, novaque ratione constituisse, Eusebium hoc reticuisse, prorsus est incredibile. Tandem rationes, quibus Hugius suam de recensione Origeniana sententiam fulcire voluit, neutiquam fatis firmas esse puto. Nempe pro singulari sua et sagacitate et diligentia Vir vener. animadvertisit, codices AKM et reliquos, quibus Origenianam recensionem inesse autumat, admodum consentire cum versione syriaca Philoxeniana, asteriscis et obelis instructa, immo addita esse in istis codicibus, quae asteriscis signata inveniuntur in Philoxeniana, omissa vero in illis, quae obelis notata sunt in hac. Atque hinc Vir cel. non solum codicum illorum cum hac versione affinitatem demonstrat, quam lubenter concedimus *), verum effici etiam posse putat,

Po.

*) Neque tamen valde propinqua ea esse potest. Nam locis a ven. Hugio pag. 197 allatis opponi possunt multa alia, in quibus quae in Philoxeniana praefixo asterico leguntur, a graecis illis codicibus penitus absunt, v. c. Marc. 1, 8. καὶ πυρι. vſ. 31. καὶ ἡγεθη. vſ. 34. χριστον είναι. cap. 3, 11. ὁ χριστος. cap. 8, 17. ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, δλιγοπιστοι. cap. 12, 7. Θεαταμένοι αὐτον ἔρχομενον. vſ. 32. θεος. cap. 14, 49. των προφητων.

cap.

Polycarpum, qui auctore ac suafore Philoxeno graeca Novi Test. denuo in syriacum sermonem transtulit, usum fuisse graeco exemplari asterisci et obelis instructo, unde porro consequi autumat, exemplar hoc descriptum fuisse e codice Origenis, praeter quem nemo signa illa critica usurparit; atque sic evicisse sibi videtur Vir clar., Philoxenianam versionem ac codices AKM etc. continere recensionem, quae ad Origenem auctorem referri debeat. Ego vero nondum extra dubitationis aleam positum hoc esse censeo. Etsi enim iis non adsentior viris doctis, qui asteriscos et obelos omnes in Philoxeniana obvios a Thoma Charclensi demum adpositos esse existimant, (quo admissa hypothesis de graeco N. T. codice Origeniano signis illis instructo, Philoxenianae fonte, prorsus corrueret,) sed iubens largior, horum signorum pleraque *) primitus

a

cap. 16, 18. ἐν ταῖς χερσίν. LVC. 9, 29. καὶ ἥλιοιωθη. ibid. καὶ ἔγενετο. cap. 19, 26. δοκεῖ. vñ. 38. εὐλογήτος βασιλεὺς ἴσραὴλ. vñ. 45. καὶ τας τραπέζας των κολουβιστῶν ἐξεχεεν. καὶ τας παθεδρας των πωλουντων τας περιστερας. cap. 22, 52. συλλαβειν με. Reliqua.

*) Thomam tamen Charclensem quoque asteriscos nonnullos et obelos multos addidisse crediderim,

haud

a Polycarpo ipso fuisse textui interjecta: tam non e graeco exemplari criticis hujusmodi signis exornato Polycarpum ea transcripsisse, nec discrepantias suae versionis a graeco quodam codice indicare eum hocce artificio voluisse autumo, sed, praeeunte Storrio*), novellae e graecis codicibus confectae versionis cum prisca Peschito comparationem seu, ut critici loqui amant, collationem signis illis contineri arbitror. Nam tantum non semper quae praemissio asterisco leguntur in Philoxeniana, desiderantur in Peschito, ac contra, quibus adpictus est obelus in illa, habentur in hac. Quin ipsa ilia loca, e quibus celeb. Hugius pag. 197. commonistrare voluit, vocabula quae cum asterisco (additamenti signo) posita sunt in Philoxeniana, addita etiam reperiri in codicibus graecis AKM reliquis, ab Ipso pro Originianis habitis, eadem igitur loca illa, duobus tantum exceptis, pro mea quoque militant sententia, cui etiam patrocinantur quae mox, nota antepenultima, licet alio consilio,

attu-

haud repugnante clar. Hugo pag. 320. Asterisci autem et obeli a Thoma superadditi maximam saltim partem spectare videntur ad differentias versionis Philoxenianae et graeci textus.

*) in celeb. Eichhornii *Repertorio für biblische und morgenländische Literatur*. Parte 7, pag. 48 — 72.

attuli loca. Quae in contrarium proferri poterunt exempla, nec multa erunt, nec deerit, quod opponi ipsis queat. Etenim veteris syriacae versionis exemplaria, quibus nos utimur, haud dubie multis in locis dissonant ab iis, quibuscum Polycarpus suam contulerat versionem; immo satis notum est viris doctis, Syram priorem passim interpolatam novisque additamentis auctam esse e posteriori. Fieri igitur potuit, ut asterisco Polycarpus insigniret $\gamma\eta\sigma\tau\iota\pi\alpha$ aliquam, seu omissam in priore, quae serius demum in hanc irrepsit e posteriore, atque nunc in utraque invenitur. Praeterea, librarios syriacos in transcribendis criticis illis signis, quorum vim ac potestatem non recte percepissent, saepe peccasse, docet Philoxenianorum codicum, quod ad astericos et obelos sive ponendos sive omittendos attinet, inter se dissensus et inconstantia. Tandem nil obest, quo minus astericos et obelos, qui sententiae meae officere videntur, a Polycarpo adpositos esse negem, ac posterioribus attribuamus curis Thome Charclensis, in horum signorum usu rationem a Polycarpiana paullo diversam sequentis. — Haec si ita se habent, ex asteriscis et obelis in versione Philoxeniana occurribus cogi nequit, Polycarpum in adponendis his signis imitatum esse codi-

codicem Novi Test. graecum, iisdem instru-
ctum. Hoc autem si extra dubitationem po-
ni non potest, negare licebit, extitisse olim
graecos hujus generis libros, nec ulla supere-
rit causa, cur Origenem auctorem esse dica-
mus talium codicum et novae cujusdam re-
censionis, cuius umbram saltim nobis ostend-
ant tum versio Philoxeniana ipsa, tum grae-
ci nonnulli codices ad illam saepe consonantes.

Etsi autem hac in re et in aliis quibus-
dam supra enumeratis dissentio ab Hugio, Vi-
ro doctissimo, lubens tamen repeto, quod in
meletematis hujus initio scripsi, nimirum,
valde laetari me de assensu tanti Viri in eo,
in quo disputationis de veteribus Novi Test.
recensionibus cardo vertitur; nempe extitisse
inde a secundo et tertio seculo plures sacri
textus recensiones, quarum una, si Evange-
lia spectes, supersit in codice D, altera in
codd. BCL, alia in codd. EFGHS, et quae sunt
reliqua. Si vero difficultates, quae quoni-
mous in celeb. Hugii sententiam in caeteris quo-
que descendam impediunt, tollere Ipse scrupu-
losque mihi eximere posset humanissime-
que vellet, equidem magis adhuc esse Iae-
taturus.

Corrigenda.

- Pag. IX lin. 3 a fine lege: Marci XI, 1 — 12
— XXX — 7 lege: videri possit
Ibid. — 19 lege: recensioni, ergo, in
— XXXVII — 6 lege: circa annum 219 inchoato,
— XXXIX — 3 lege: scriptos etiam esse.
— XXXXVI — 4 a fine in nota lege: ad familias.

EVANGELII MATTHEI

SYNTESIS

Gesetzesausgabe

xxi—i. IX Mayo: regel a. 8 mil XI. 157
dilloq. fratrib: regel. v. — XXX —
CXXXI. m. m. regel. regel. v. — M. 157
CXXXII. m. m. regel. regel. v. — IVZL —
III. m. m. regel. regel. v. — IIIZL —
Assimilat. ss: regel s. n. v. A. — IVZZL —

LXXXVII. LXXXVIII. LXXXIX.
LXXXVII. LXXXVIII. LXXXIX.

**COMMENTARII CRITICI
IN
TEXTVM GRAECVM
EVANGELII MATTHAEI
CONTINVATIO.**

COMMUNIATI IN CRITICI
IN
TEXTVM GRAECAVM
EVANGELII MATTHAEI
COMMUNIATIO

MAT. XXI. 3. Αποστόλοι habent codices plurimi, non constantinopolitanū tantum sed etiam alexandrini, dissidente tamen a libris caeteroqui sibi cognatis Origene. Contra vero occidentales receptum ἀποστόλου exhibit. Sed nec hi unanimi inter se consensu conspirant, discedente a reliquis latina versione, quae in codicibus cantabrigiensi et claromontano legitur. In hoc lectio-
num genere, in quo festinantes librarii facillime peccant, multum valet codicum numerus, dummodo internae rationes haud obsunt, nec ipsi ad unam omnes familiam pertineant.

VI. 4. ὅλον omittunt pauci quidem, sed egregii et ex diversis familiis oriundi testes. Traductum
huc videtur e cap. i, 22. aut cap. 26, 56.

VI. 7. Pro ἐπαυτῷ αὐτῶν priore scriperant nōnnulli,
v. c. vaticanus, ἐπ' αὐτῶν. Hinc ortuum ἐπ' αὐτῶν
in cantabrigiensi. Ex utroque conflatum ἐπαυτῷ
αὐτῶν. Alii, collato Marco, scriperunt αὐτῷ,
alii, Lucam sequentes, ἐπιτον πωλοῦ. Mūtato
autem priore ἐπαυτῷ αὐτῶν, facile etiam posterius
translit in ἐπαυτῷ αὐτῶν. Ac eo avidiū nūmērum
Partic. II.

A

Singul.

singularem arripuerunt librarii ac versionum nonnullarum auctores, quia non solum posterius ἐπωνυμία πάτερ, ad δόνατον καὶ πατέρον relatum, absonum ipsis videbatur, verum Marcus etiam, Lucas et Ioannes, neglecta ὄντως, solum πατέρου mentionem fecerant. Ergo nil mutantum in textu. — bid. ex auctoritate multorum et bonorum librorum legimus ἐπεκάθισεν. Vulgatum ἐπεκάθισεν in vectum fortasse fuit a librario haud recordante, intransitive etiam verbum hoc usurpari apud graecos.

Vl. 12. του Σεου omittunt nonnulli et Alexandrini et Occidentales. Sed in utraque recensione primitus adfuisse videtur. Bengelio haud displicuit omissionis, quia nusquam in tota historia evangelica tempum hierosolymitanum dicatur Ιησούς του Σεου. Sed hanc ipsam fortasse ob causam jugulatum fuit a scio librario, praesertim cum nec Marcus id habeat, nec Lucas. Evidem retinere malim.

Vl. 29. 30. Responsiones: οὐ θελω· υἱοτερον δε μεταμεληθεῖς απηλθε, et ἔγω καριε· και οὐκ απηλθε, inter se permutantur, ac vl. 31. loco δὲ πρωτος legitur δὲ σχυτος seu δὲ υἱοτερος in vaticano aliasque quator codicibus et in versionibus ac patribus nonnullis. Plures olim libros sic habuisse, colligimus e cantabrigiensi codice, qui (ad stipulatisbus veterioribus Itale exemplaribus) σχυτος quidem exhibet, at vulgarem tamen responsionum ordinem retinet. Transcriptius igitur fuisse videtur, licet nimis negligenter, ex antiquiore libro, in quo

quo responsones sive a prima scribae manu sive a correctore transpositae fuerant. Itaque antequam cantabrigiensis exararetur, extitere jam codices vaticano similes⁴⁾). Ergo perantiqua est haec

A 2 lection;

- *⁴⁾ Wetstenius mutationis initium ab ἐσχάτοις factum fuisse statuit. „Recordatus aliquis, inquit, ultimos foro primos, quod dicitur supra commate 16. putavit publicanos rectius ultimos vocari; quam emendationem quidam eo usque extenderunt, ut etiam responsones migrarent.“ Sed conjecturae huic calculum nostrum adjicere nequimus. Quis enim fingat hominem examinando emendandoque textui ita intentum, ut propter effatum illud cap. 20, 16. ἐσχάτοις ἐσονται παντοι, hoc nostro loco (ne scilicet non appareret, publicanos esse hos ipsos ἐσχάτους, principem locum quandam occupatores,) ex περιστοι faceret ἐσχάτους: quis, inquam, cogitatione fingat emendatorem tam tardum et tam parum sibi constantem, ut mutato de industria vocabulo περιστοι, versus proxime antecedentes, 29 et 30, intactos relinqueret? Nec Millii, si quid judicamus, admodum contorta ratio, qua proleg. §. 753. originem lectionis ὁ ἐσχάτος explicare tentavit, eni quam placebit. Certe, si de consulto hic aliquid immutatum fuit, tres versiculi simul emendatricem critici manam experti sunt. Sin vero, quod ramen minus probabile est, varietas negligentia orta est librarii, praecipiti lapsu ex ὁ δε ἀνορθίδει vs. 29. ad ὁ δε ἀνορθίδει vs. 30. translensis, mox vero detecto errore, ne radendo pulcritudinem pretiumque suarum membranarum imminueret, reliqua immutato ordine supplantis: itidem mutationis initium a verbibus 29 et 30, non a commate 31, factum fuit. Ne negligentissimus quidem librarius loco περιστοι ex mera oscitantia scribere potuit

ἐσχάτοις

lectio; id quod patet praeterea tum ex Hieronymi; qui utriusque lectionis meminit, testimonio, tum inde etiam, quod ista responsionum confusio in utriusque recensionis exemplaria propagata fuit. Verum neutra primitus sic habuit. Vulgarem enim versnum 29 et 30 ordinem servarunt ex alexandrinis CL ac Origenes, ex occidentalibus autem Italae codices antiquiores. Atque cum hanc ob rem, tum aliis de causis vulgaris lectio non cantabrigiensi tantum sed vaticanae etiam preferenda est. Fac enim, hanc fuisse genuinam; quomodo ex ipsa oriri potuerit altera, vix quisquam dixerit. Contra vero, si vulgarem textum primitivum esse ponas, plures ultra in oculos incident viae, quibus interpolatio in contextum irreperere potuerit. Nimurum a) ipsa authentica explicatio, quam Christus commat 32 parabolae adjecit, transpositioni versuum 29 et 30 ansam praebuisse videtur. Poterat enim eam hoc modo aliquis intelligere; Ioannes primo loco in rectam viam deducere studuit vos, qui principes ac optimates Judaeorum existimauimus; vos vero cum monita ejus sperneretis, ipseque ad homines ethnicis a vobis aequiparatos, quibus nequaquam destinatum esse putabatis Messiae praecursum, convertere se cogeretur, non defuerant ex horum grege, qui morem ipsi gererent; quod licet videretis, tamen ne postea quidem

~~exxato~~. Ex quibus omnibus efficitur, lectionem vaticani antiquiorem esse lectione cantabrigiensis, hancque ex illa esse enatam.

dem mentem mutatis; quamobrem illi praecedent vos, qui primum in regno Messiano locum, hereditario quasi jure, vobis deberi existimatis. Hac loci nostri interpretatione admissa, nonnullis in mentem facile venire poterat, hypocriticos Iudeos, utpote primum invitatos, primo loco, hoc est versu 29, et post hos demum, scilicet versu 30, portatores et peccatores commemorari debuisse. b) Ad amplectendam eandem sententiam, ac consequenter ad invertendum narrationis ordinem, proclives etiam non poterant non esse ii interpretes, quibus persuasum esset, sub imagine filii ἑγε κυριος ajetis, Iudeos depingi, alterum vero filium, οὐ Θεός respondentem, Gentiles representare. Quin c) absoneae etiam illius, de qua supra differuimus, lectionis cantabrigiensis origo facilem admittit explicationem, si vulgaris com-
matum 29 et 30 ordo pro genuino, corundem vero transpositio pro arbitraria correptione habeatur. Nempe qui emendandis libris manuscriptis operam olim dabant, quoties vocabulorum seriem immutandam esse censerent, minutas lineolas, (l. II. III.) suo numero novum vocularum ordinem designantes, singulis verbis imponere solebant; si vero integras lineas codicis στιχηνως scripti transponi vellent, lineae cniue literulam (α. β. γ.) perquam exiguum praesigebant; id quo in multis libris vetustis, nominatim in claromon-
tano epistolarum Paulinarum codice, saepe, ac in ipso etiam cantabrigensi, in columna latina, aliquoties occurrit. Jam fac, vulgarem textum in vetusto codice a prima extitisse manu, hunc vero

a correctore quodam ita fuisse castigatum, ut inversus στιχῶν transponendorum ordo ejusmodi lineolis aut literalis significaretur; statim apparet, hoc posito, accidisse facilime, ut minuta ista trajiciendorum στιχῶν indicia oculos festinantis librarii, tali exemplo pro ἀρχετύπῳ utentis, effugerent, adeoque commata 29 et 30 nulla correctionis ratione habita prisco ordine, hoc est vulgaris, describerentur; ἐσχάτος autem, in locum του πρωτος a correctore jugulati aut erati, substitutum, scribam latere nullo modo potuit. Itaque lectio in cantabrigiensi et codicibus versionis italicae obvia, occupare videtur librum, in quo primitus vulgaris lectio extiterat, posterioribus demum curis immutata. d) Dissensus inter cantabrigensem et vaticanum codicem, quorum ille πρωτος in ἐσχάτος, hic in ὑστέρος transformavit, correctorum, pro arbitrio texum primae-
vum immutantium, manus prodit. Tandem ipsa parabolae oeconomia recepto textui favere videtur. Etsi enim haud diffitemur, rem ipsam secum ferre, ut is qui promissis non stetit filius, tanquam prior cogitur, (quod ipsum correctores fallere potuit,) inde tamen non sequitur, Salvatorem debuisse parabolae ipsius structuram huic ordini conformem reddere. Nemo enim ignorat, parabolae non solere res, quae subindicantur, accuratissime, quoad tempus, locum, numerum, ordinem etc. delineare. Immo pulcerime cohæret fabula ita uti nunc eam legimus. Scilicet arrogans responsio prioris filii, officium, ut appa-
reba-

rebat, prorsus detrectantis, patrem provocabat,
ut ad alterum mox se converteret.

Vl. 30. Idem sere codices, responsionum ordinem, invertunt, exceptis tamen B et mosq. e, pro ἐγώ, κυριε, habent ὑπαγὼ κυριε, unde cantabrigiensis, conflata iterum primitiva lectio-
ne cum correctione, ἐγώ κυριε ὑπαγὼ effinxit.
Cum latinum ego facilime cum eo confundatur,
ac latina versio antiquitus eo Domine habuerit,
mirum non est, fuisse nonnullos, qui lectionem
hanc in latinis exemplaribus scribarum incuria
exortam, et ex his postea in graecos etiam libros
propagatam esse putarent. Sed merum interpre-
tamentum est istud ὑπαγὼ, declarando sensui του·
ἐγώ, hebraeorum more positi, inserviens. Patet
hoc e Chrysostomo, qui claritati sermonis con-
sulturus ἀπερχομαι in locum istius ἐγώ κυριε sub-
stituit. — Ibid. nolim quidem δευτερῶς, quod in
B, C (quantum e silentio Wetstenii colligere li-
cet,) L aliisque legitur, prorsus damnare; at
practulerim tamen ἐτερών. Δευτερῶς melius con-
venire videbatur τῷ πεωτῷ vl. 28, eamque ob
causam in locum ἐτερού suffectum fuit. Sic Ori-
genes legit quidem ἐτερών; sed ubi suis verbis
argumentum textus enarrat, vocabulo ὁ δευτερός
uti maluit.

Vl. 32. Solus Cantabrigiensis omittit cū ante με-
τεμεληθῆτε. Nescio, utrum casu particula excide-
rit, an librarius inepte fedulus, ad vl. 29. (ὑτερ-
ον μεταμεληθεῖς ἀπηλθεις collato etiam Matth. 3,
7. 8.) respiciens, consulto deleverit.

Vl.

Vf. 44. **C**onsensus codicis cantabrigiensis et vetustiorum versionis italicae librorum cum Origene et codice 33 in omittendo hoc commate, quod nec Marcus habet, inspectum id reddit. Facile est Luca inveniri huc potuit.

Cap. XXII. 7. *ἀκούσας*, quod alii omittunt, alii transponunt, e similibus locis huc illatum esse crediderim. *Ἐπεινὸς* autem, licet a plurimis codicibus (constantinopolitanis et occidentalibus) adjectum, defendere equidem nolim. Absit enim a praefantissimis codicibus B L *) 1. 13. etc. versionibus omnibus, (Itala et Philoxeniana tantum exceptis,) Chrysostomo adeo, aliisque. Cur temere omitteretur, causa adfuit nulla.

Vf. 13. *ἀράτς αὐτοῦ οὐτι* absit a codicibus egregiis, praesertim alexandrinis, a versionibus paene omnibus, ab Origene, septies hunc locum excitante, et ab aliorum patrum allegationibus. Retinent id quidem occidentales plerique; sed hi delectent δησαύτες. Alterutrum perspicuitatis causa adjectum fuisse, admodum probabile est. Cum vero plures et graviores testes damment prius, hoc quo minus ex textu exterminemus, vix nobis temperamus.

Vf.

*) Codex B seu vaticanus inde ab hoc capite a cantabrigiensi caeterisque occidentalibus, quibuscum in 20° prioribus Matthaei capitibus consentire solebat, discedere et alexandrinis se adjungere incipit.

Vf. 52. ὁ Θεος Θεος. Alterutrum salvo sensu abesse poterat, ut abest etiam a Marco et Luca. Hinc librarii, interpres et commentatores mox hoc mox illud neglexerunt. Praeterea facillime in transcribendis istis verbis, praeferit per compendium ΟΘΣΩΣ expressis, peccabatur. Ergo non est, cur Chrysostomus omissionia auctor statuatur, id quod eam etiam ob causam admitti nequit, quia patres Chrysostomo antiquiores, i.e. c. Origenes, Eusebius, Tertullianus, Hilarius, una cum vetustissimarum versionum auctoribus, in his verbis lapsi jam fuerant. Idem fere dicendum est de verbis τησιν τηρειτε Cap. 23, 3.

Cap. XXIII. 4. και δυσβατατα, quod L. 1. et versiones nonnullae omittunt, Millio e Luc. 11, 46. hic invectum esse vifum fuit. Nec veri specie hoc caret, cum non solum diversarum familiarum testes in omitiendis istis vocabulis consentiant, sed alius etiam codex, δυσβατατα servans, βαργα και praetermittat, ac praeterea e nostro loco vicissim in nonnullos Lucae codices βαρσα και irreperit. Bengelius quidem ob synonymorum penuriam alterum vocabulum in versionibus neglectum fuisse censuit, Syrumque hoc loco et Luc. 11, 46, ubi graeci δυσβατατα tantum habent, uno eodemque verbo usum esse observavit. Verum non solum versiones, sed graeci etiam codices, quos vero Bengelius noscere nondum poterat, breviorem lectionem nostro loco exhibent. Praeterea Syrum potuisse vocabulum reddere

utrum-

ntrumque, docet locus Proverb. 27, 3. et philo-xeniana nostri loci versio.

Vl. 5. *των ἰματίων αὐτῶν*, quod occidentales ignorant, interpretamentum utique sapit. Peti potuit e caeteris Novi Test. locis, in quibus *κρατεῖσθαι* semper *τον ἰματίου* seu *των ἰματίων* adiectum habet. Sed Zachar. 8, 23. absque adjuncto legitur. Corroborant quodammodo suspicione codices L et mosq. m, *αὐτῶν* saltim omitentes.

Vl. 8. *διδασκαλος*, quod pro *καθηγήτης* assentiente Chrysostomo habent codices 54, probarunt critici permuli, vulgarem lectionem e comm. 10, huc irrepsisse existimantes. Sed in tanto codicum numero, praeter vaticanum, qui in hisce Matthaei capitibus inter alexandrinos et occidentales fluctuat, vix unus et alter est e praestantioribus. Quid Clemens, Origenes, et versionum auctores legerint, non liquet. Neutra vero antiquissimum recensionum *διδασκαλος* primitus exhibuisse videtur. Praferendum ergo *παππος*, quod non nullos mutasse autumo, ne bis vl. 8 et 10, eadem legerentur. — Ibid. delendum est *ο χριστος*, e comm. 10, huc translatum. Damnatur id ab interpretibus, si Arabem excipias, omnibus et a codicibus BDL 1. aliisque. — Ibid. *πάντες δε ίμεις ἀδελφοι εστε*, sequenti commati melius convenire videbantur quam nostro. Illuc igitur translulerunt codices 51, sed juniores tantum, repugnantibus versionibus cunctis.

Vl.

Vl. 10. Pro *εἰς* γαρ ὑμῶν ἔστιν ὁ παθηγητης, quod fortasse ad analogiam commatis 8 vel 9 efformatum fuit, codices RDL aliisque habent ὅτι παθηγητης ὑμῶν ἔστιν *εἰς*. In aliis vero vel abest vel locum mutat cum ὑμῶν, tum ἔστιν, tum etiam *εἰς*. Suspiciari ergo licet, brevius scripsisse Matthaeum: μηδὲ πληγῆτε παθηγηταί ὅτι παθηγητης ὁ χριστος.

Versus 14. (ὅτι πατεσθίετε η. τ. λ.) ante comma 13 (ὅτι πλειετ η. τ. λ.) extat in codicibus plerisque*, versionibus plurimis et commentatoribus graecis. Hic utique sententiarum ordo praeferri debet, nisi comma 14. (ὅτι πατεσθίετε η. τ. ε.) prorsus delendum sit. Abest enim ab insignibus codici-

*) Millius quidem multos codices laudat pro versiculorum ordine vulgari; sed recte monuit Wetstenius, quae Millius hic habet pleraque perperam esse citata, erroremque inde ortum esse, quod codices modo cum editione Stephanica modo cum Bezaniana collati fuerint. Quod vero Wetstenius addit, Erasmus versiculorum ordinem invertisse, nec codices graecos sed versionem vulgariam secutum in hoc esse, non ita est intelligendum, ac si nulli omnino extarent libri graeci, cum Erasmica, Bezaniana, Elzeviriana aliquaque vulgaribus editionibus consentientes. Cum his enim concinuerint codices 13, 17. Evangelium 26, ac fortasse quidam alii, quamquam pauci. Sed horum nullum Erasmus novisse videtur. Basileenses saltim libri, quibus potissimum in adornanda sua editione usus est, comma 14, vel omittunt vel commati 13. anteposuerint.

codicibus BDL. 1. 28. 118, et latinis plerisque, ad quos accedit auctoritas Origenis, commate 15. secundum Vae proclamari testantis, qua observatione comma 14. excluditur. Nec Eusebius, cum harmonicos Evangeliorum canones conderet, comma 14 ante oculos habuisse videtur. Locos enim huic parallelos, Marc. 12. 40 et Luc. 20. 47. ad canonem retulit octavum, hoc est eum, quo continentur sectiones Marco et Lucae peculiares, apud Matthaeum vero haud obviae. Quomodo autem Matthaei textum disposuerit Eusebius, non satis liquet, quoniam codices ac editiones inter se differunt. Quod ut luculentius appareat, apponere hic lubet sectionum Ammonianarum, quibus Eusebiani canones superstructi sunt, seriem e codice cantabrigiensi, versum 14. omittente, ex editionibus Erasmi 2. 3. 4 et 5. (prima enim harmonico hoc apparatu instructa non est,) comma 14. versui 13. postponentibus, et ex editionibus Stephani ac Millii, comma 14. ante versum 13. exhibentibus. Alexandrinum autem codicem laudare nequimus, cum is a cap. 25. 6. demum incipiat. Itaque

codex cantabrigiensis

canonum quidem indicibus caret ubique, at sectionum numeros, manu correctoris quidem, sed satis vetusta, adscriptos in margine habet, qui nostro loco sic se excipiunt:

Sect. σκθ. Τμέις δε μη μληθητε φαββι... χριστος
 'Ο μειζων ... δικαιονος. VI. 8. 9. 10. 11.
 σλ.

- σλ. Ὁστις δεῦμψωσει ... ὑψωθησεται. VI.
12.
- σλα. Οὐαὶ ... ὅτι κλείστε ... εἰσελθεῖν.
VI. 13.
- σλβ. Οὐαὶ ... ὅτι περιώγετε ... διπλοτε-
ρον ὑμῶν. VI. 15.
- σλγ. Οὐαὶ ὑμιν ὁδηγοι etc. VI. 16. seqq.

Editiones Erasmicae:

- Sect. $\frac{\sigma\lambda}{\epsilon}$ Τμεις δε μη κληθητε ἡαββι ... χριστος
VI. 8. 9. 10.
- $\frac{\sigma\lambda\alpha}{\epsilon}$ Ο δε μειζων ... δικινος Ὁστις δε
ὑψωσει ... ὑψωθησεται. VI. 11. 12.
- $\frac{\sigma\lambda\beta}{\epsilon}$ Οὐαὶ ... ὅτι κλείστε ... εἰσελθεῖν, VI.
13.
- $\frac{\sigma\lambda\gamma}{\epsilon}$ Οὐαὶ ... ὅτι κατεσθιστε ... πριμα.
Οὐαὶ ... ὅτι περιώγετε ... διπλοτερον
ὑμῶν. Οὐαὶ ὑμιν ὁδηγοι etc. VI. 14.
15. 16. seqq.

Editiones Stephani 3. et Millii:

- Sect. $\frac{\sigma\lambda}{\epsilon}$ Τμεις δε μη κληθητε ἡαββι ... χριστοφ.
VI. 8. 9. 10.
- $\frac{\sigma\lambda\alpha}{\epsilon}$ Ο δε μειζων ... δικινος, Ὁστις δε
ὑψωσει ... ὑψωθησεται, Οὐαὶ ...
ὅτι

ὅτι κατεσθίετε . . . κρίμα. VI. 11.

12. 14.

$\frac{\sigma\lambda\beta}{\epsilon}$ Οὐαὶ . . . ὅτι κλείετε . . . εἰσελθεῖν.

VI. 15.

$\frac{\sigma\lambda\gamma}{\epsilon}$ Οὐαὶ . . . ὅτι περιώγετε . . . διπλοτέ-
gov ὑμῶν. Οὐαὶ ὑμῖν ὁδηγοῖς etc. VI.
15. 16. fqq.

Ex his certi nil effici posse, quilibet videt, Attamen manet, quod supra de locis parallelis Marc. 12, 40. et Luc. 20, 47. diximus, unde probabile fit, Eusebium comma 14. ignorasse aut repudiasse. Nam si pro genuino id habuisset, locos modo laudatos non octavo canonii sed secundo alignare debuisset *). Atque ex his ipsius locis comma nostrum facillime in Matthaei tex-tum irrepere potuit. Quae omnia cum ita sint, et cum ipsa sedis, quam versiculus hic occupat, instabilitas suspicionem augeat, delendum eum esse pronuntiarem, nisi recurrentia verba οὐαὶ δε ὑμῶν, γεαμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι, ἀποκρίται, ὅτι omissioni ansam praebuerint tam facilem, ut
mirum

*) Bengelius „canon Eusebii, inquit, in Marco et Luca aliam feriem spectans, nil certi hoc loco docet.“ Cum vero Eusebius Marc. 12, 38. 39. et Luc. 20, 45. 46. collato Matth. 25, 6. secundo canonii recte attribuerit, profecto etiam ad commata apud Marcum et Lucam proxime sequentia ejusdem canonis notam adscripsisset, si ea aequa ac antecedentia in Matthaei commentariis reperisset.

mirum profecto esset, si librarii omittendo non peccassent; uti etiam eandem ob causam, Bengelio teste, codex 86 et latini nonnulli libri versum 13 neglexerant, a correctoribus jam in marginibus suppletum. In medio ergo res relinquenda et lectori, qui tamen de gravibus suspicionis adversus versum 14 causis admoneri debet, judicium permittendum esse videtur.

Vf. 19. Cum ex alexandrinis codex L in omittendis verbis μωροι και, quae e comm. 17 transferri huc facile potuerunt, cum occidentalibus consentiat, utrum genuina ea sint, dubitare licet.

Vf. 25. αδινιας est lectio commentatorum graecorum, versionum nonnullarum et codicum 150, inter quos autem pauci sunt ex antiquissimis et optimis. Hi enim, ad stipulante Itala, exhibent fere ανγασιας, unde porro, collatis ναθαριτοι et ναθαροι mox sequentibus ac αναθαρσιας commate 27, prognatum est αναθαρσιας. Πονηριας vero, quod alii habent, e Luc. 11, 39 immigravit. Tandem πλεονεξιας interpretamentum est, ex antecedente ἀρπαγῃ exsculptum et declarando sensu vocis αδινια, destinatum. Si antiquiores codices haberent αναθαρσιας, ac recentiores ανγασιας, nemo dubitare posset, utrumque esse repudandum. Verum ανγασιας est lectio pervertita; eandemque olim in pluribus extitisse exemplaribus, inde colligi potest, quod copticus et sahidicus interpretes (cognati cum codicibus ανγασιας h. l. exhibitibus) αναθαρσιας expresserint, quod pro-

cul

cul dubio ex *ἀργετίας* ortum fuerat. Itaque optio nobis datur, utrum codices graecos quam plurimos, an vetustissimos ac praestantissimos sequimilimus. Evidem *ἀδινίας* hanc potissimum ob causam praetulerim, quia in hoc orationis contextu *ἀργετίας*, ex meo sensu, scholion redoleat.

Vl. 26. Scite Millius observavit, *καὶ της παροψίδος* e commate antecedente assutum videri. A pluribus quondam id absuisse libris, probabile est ex iis codicibus, qui mox loco *ωτῶν* habent *ωτού*, quod ad solum *ποτηγίου* referendum esse videtur.

Cap. XXIV. i. Lectionem: *ἐξελθὼν δὲ Ἰησοῦς ἀπὸ τοῦ ἵρου, ἐπορευετο*, Bengelius iis accenset, quae per codices firmiores sunt lectione textus, neque tamen plane certae. Tuentur eam codices egregii et versiones paene omnes. Verum nos arbitriam putamus mutationem, vel fortuito casu ortam, vel consulto tentatam, quo narrationis ordo fieret lucidior. Praeterea pleonastica phrasis *ἐξελθὼν ἐπορευετο* hebraismum magis caput.

Vl. 18. Evidem praetulerim *ἱαστίον*, singulare numero, *pallium*; quod cum non satis intelligarent librarii, rei orientalium vestiarie parum gnari, arripuerunt *τα ἱαστία*, tamquam generalius, quod quaelibet vestimenta complectere tur. Dubium me tamen reddit tum mos scriptorum Novi Testamenti, *ἱαστία* passim pro *ἱαστίῳ* usurpanti.

pantium, velut Io. 13, 4. 12. tum Marcus, *ιπτον* scribens, e quo Matthaei textus interpolari potuit.

Vf. 56. Additamentum: οὐδε ὁ νιες, temere e Marco hoc inventum esse, dubitari nequit. Occidentali recensioni affumentum hoc proprium est. Nam aethiopica non solum versio, sed ipsa etiam armenica (quantum ex editis exemplaribus earum judicare licet,) interdum, ubi ab alexandrinis deflectunt, ex occidentalium libris interpolatae sunt. Chrysostomus autem ab antiquiore commentatore, qui Marcum fortasse cum Mattheo comparaverat, in errorem abductus esse videtur. Generatim vero tenendum est, hujus generis locos, inde ab antiquissimis temporibus controversis dogmaticis nobilitatos seu potius vexatos, minime omnium idoneos esse, ut in ipsis codicum caeterorumque testium censu instituantur, familiarumque sive affinitates sive discrimina indagentur. In ejusmodi enim lectionibus concinunt nonnunquam, qui maximopere alioqui inter se dissident. Praeterea, ubi parallelismus, ut nostro loco accidit, interpolationi occasionem praebuit, eadem causa eundem effectum produce-re potuit in iis etiam, qui nullo propioris cognationis vinculo juncti sunt. Caeterum Origenis codices, a quibus Hieronymo teste additamentum istud abfuit, vulgaris textus lectionem mirifice confirmant. — Ibid. μου in nonnullis omnium fere familiarum codicibus et in versionibus paene omnibus deest. Quamobrem credibile non est,

Partic. II.

B

dele.

deletum ideo fuisse, quia Marcus non habeat.
Omitendum ergo putamus.

Cap. XXV. καὶ της ἴνυφης, quod Grotius, Millius, aliquae probarunt, additum fuit in libris re-censionis occidentalis, unde etiam Syro et Armenio innotuit. Sed caeterae recensiones additamen-tum istud non agnoscunt, quod ne totam quidem occidentalem familiam pervasit. Abeat enim, ut vaticanicum taceam, a sahidica versione et a latinis nonnullis. Recte Bengelius: convenire viſum, ut etiam sponsae obviam iretur a virginibus. Nempe ita viſum fuit iis, qui patriae suae mo-res ubivis terrarum locum habere putarent. Parabolam autem supponere videtur virgines, sponsae comites, in hujus aedibus sponsam, sponsam domum suam deducturum exspectantes. Utut vero hoc est, (neque enim morem in deducenda sponsa apud istius aevi Iulaoes usitatum satis cognitum habemus,) opus non erat, nec parabolae scopus postulabat, ut disertis verbis sponsae mentio fieret. Facile vero scioli librarii animum induxerunt, ut quod deesse videretur, supple-rent. Nemo autem omisisset, si in exemplo, quod transcriberet, reperisset.

Vf. 2. Ad alii, praecedente καὶ, vel omittendum vel addendum aequae proclives erant librarii. Adebat, quantum e variarum lectionum collectio-nibus conjicere licet, in plerisque codicibus; ab-eat ab antiquioribus et praetantioribus. Nil ergo definire audemus.

Vf.

Vf. 13. ἐν οὗ δὲ νιος του ἀνθρωπου ἐξηεται certissime jugulari debet. Damnant id codices omnium familiarum optimi, inter quos etiam codex 22 est, de cuius excellentia aliquoties Lectores jam admonuimus. Repudiant quoque versiones omnino omnes; gothica enim, quae non excitatur, hiat a cap. 11, 25 ad cap. 26, 71. Irrepsit additamentum procul dubio e cap. 24, 44 coll. 42. Nempe binae lectiones ecclesiasticae terminantur cap. 24, 44. atque nostro hoc loco. Hinc, cum nostra pericopa finiretur tam abrupte, ut ad absolvendam sententiam aliquid deesse videretur, e vicina simillimi argumenti pericopa huc translata est clausula, quae contextui longe esset accommodatissima. Suo ergo jure Millius, proleg. §. 875. nemo sanus, inquit, haec omiserit, si locum habuissent in archetypo hujus Evangelii. Manifesto falluntur, qui librarium ab ὠργῇ ad ὠσπερὶ saltum fecisse autemant. Nam si festinans scriba ὠσπερὶ arripuissest pro ὠργῇ, omisisset una cum caeteris verbis ὠργῇ, quod in nullo codice nullave versione desideratur. Multo minus autem audiendi sunt, qui Chrysostomum omissionis auctorem esse contendunt. Quis enim omnes omnino versiones e Chrysostomi homiliis corruptas esse, persuaderi sibi patiatur? Quid? quod Athanasius jam, Basilius et Hilarius pictavienis spurium istud assumentum repudiant.

Vf. 31. ἀγιοι inventum est ex ecclesiastico loquendi usu, locisve Novi Test. similibus, velut Matth. 8, 58. Luc. 9, 26. Act. 10, 22.

XXV. Vf. 41. ὁ ἡτοιμασεν ὁ πατηρ μου, loco το ἡτε-
μασμενον positum, nititur fere auctoritate occi-
dentalium tantum testium. Quae enim e Clemente
utroque, Iustino et Hippolyto proferuntur,
non satis certa videntur. Si aliarum familiarium
testes contentarent, lectionem hanc, Millio pro-
batam nec Bengelio displicentem, non repudian-
dam esse censerem. Vulgaris enim e comm. 54
invehi hoc potuit.

Cap. XXVI. 9. το μηρον claritatis causa adjectum fu-
it e comm. 12. vel e Ioanne, vel etiam e Marco.
Nam vetusti Marci codices id habent, licet a vul-
garibus editionibus absit. E talibus Marci libris
in Matthaeum irreperere potuit. Damnatur auctor-
itate testium ad diversissimas familias pertinenti-
um. — Ibid. dubium est, utrum τοις πτωχοις
legi debeat, an πτωχοις. Marcus habet τοις,
Ioannes autem omittit. Neglectum fortasse fuit,
quia abesse poterat, nedum debebat. Sed Mat-
thaens etiam comm. 11 (consentientibus Marco et
Ioanne) scripsit: παντες τους πτωχους ἔχετε
μεθ' εαυτων, ibique nemo id jugulavit. Notan-
dum vero est, nullum pure alexandrinum agno-
scere articulum, sed reperiiri eum tantum in con-
stantinopolitanis haud paucis et in occidentalibus
quibusdam. Hinc suspicetus mihi est.

Vf. 22. Cum pro αὐτῷ ἐκαστος αὐτῶν alii habeant
ἐκαστος αὐτῶν, alii αὐτῷ ἐκαστος, alii εἰς ἐκ-
στος αὐτῶν, alii αὐτῷ εἰς ἐκαστος, alii denique αὐ-
τῷ εἰς ἐκαστος αὐτῶν, manifestum est, primaev-
vum

vum textum additamentis auctum hic esse. Bre-
viorem ac duriorem lectionem, eandemque for-
tasse genuinam, servavit Origenes: ἡγέραιτο λε-
γειν· μητὶ έγώ είμι, κυρίε; omissis αὐτῷ ἐκαστος
αὐτῶν.

Vf. 26, Lectionem εὐχαριστησας tinentur codices ple-
riique, (ultra 120.) et in his nonnulli e praefan-
tioribus, velut 1. 11. 13. 106. 124. 131. 209.,
vt Westenianos AK et mosquenses BHV taceam-
us. Sed pro εὐλογησας militant codices textum
vetustissimum et excellentissimum plerisque ex-
hibentes, BDL, cum aliis haud paucis. Nec e
versionibus certi quicquam effici, neque internis
veri indicis lis dirimi facile poterit. Nam vel
εὐλογησας e Marco, vel εὐχαριστησας e Luca aut
ex 1 Cor. II, 24. irrepit, sive memoria phantasia-
ve librarium fallente, sive marginali scholio occa-
sionem errori praebente. Itaque dubia res est.
Si vero alterutrum eligendum sit, praetulerim
evidem εὐλογησας, cum propter insigne codi-
cum BDL, ubi consonant, auctoritatem, tum
eam praeципue ob causam, quia commate proxi-
me sequente legitur εὐχαριστησας, unde librarius,
contextum cursum perlustrans, praeopere id ar-
ripuisse videtur. Semlerus utrumque vocabulum
e textu eliminandum esse censuit, innixus partim
codicis 44. et Michaelis patriarchae constantinopo-
litani, εὐχαριστησας omittentium nec tamen εὐ-
λογησας in ejus locum substituentium, fide, par-
tim canone, qui quoties eadem fere res diversis
vocabulis in diversis codicibus exprimitur, neu-

trum horum vocabulorum primitus adfuisse, de-
cernit. Sed testes isti nec satis vetusti nec sat gra-
ves sunt; canon autem ille neutiquam valet de
hujusmodi lectionibus variantibus, quarum una
ex altera manifesto exorta est.

Vl. 39. Loco προελθων non hoc solum loco, sed
(quod non mirari non possumus) etiam in paralle-
lo Marc. 14, 35. permulti diversissimarum fami-
liarum codices exhibent προελθων. Si igitur so-
lam testimonia auctoritatem spectare unice licet,
praferenda omnino esset haec lectio. Verum sensu
ex ea extorqueri vix potest commodus et ad
contextam orationem totamque narrationem ap-
plus. Argutantur sane, qui suppleri volunt προς
τον της προσευχης τοπον. Quisnam enim esset
in horto Geihfemane iste προσευχης τοπος? Nec
eorum mihi probatur ratio, qui Matthaeum et
Marcum eo consilio προσελθων scripsisse conje-
runt, ut indicaretur, Christum primo, relictis cae-
teris discipulis, cum Petro, Ioanne et Iacobo ul-
teriorius progressum esse, deinde vero, relictis tri-
bus hisce, paullulum appropinquasse rursus ad
caeteros discipulos, ut solus precaretur inter u-
tramque discipulorum cohortem, ita tamen, ut
et Petrus cum sociis, et reliqui eum precantem
audire possent. Hoc si voluerunt Evangelistae,
fieri vix potuit, ut confusius et obscurius expri-
merent animi sui sensa, quae tamen facillime
planissimis verbis declarari potuissent. Quid igitur?
Reputemus nobiscum, criticien non esse
artem mechanicam, quae numerandis five singu-
lis

lis testibus, sive, quod multo sane est sapientius, testium familiis et classibus, tota absolvatur; sed criticum debere omnia tollerter circumspicere, sensum, contextum, consilium auctoris, loquendi usum, reliqua; nec sententiam prius esse ferendam, quam haec omnia diligenter fuerint excussa et ponderata. Atqui nostro loco vulgatum προελθων omnibus veri indicis internis praeter altera eminet lectione. Quin testes quoque producere possumus, ad vindicandum προελθων idoneos. Sic enim legunt versiones veteres universae, quarum consonans suffragium, ut alibi jam monuimus, maximi momenti est in judicandis discrepantiis e mera graecorum librariorum officiantia enatis, e quo genere vocum προελθων et προσελθων est permutatio. Fatemur quidem, multos utrinque recensionis vetustissimae codices consentire in προελθων: sed doceri nequit, hanc primitivam fuisse utriusque recensionis lectionem. Occidentales enim libri, e quibus latina versio confecta fuit, habuerunt προελθων, quod expriment codices latini omnes *), uno excepto cantabrigiensi, qui hoc loco, ut alibi saepe, latina ad graeca sua conformavit et accedens exhibuit. Nec alexandrinii omnes antiquitus legerunt προσελθων. Ut enim copticam, aethiopicam et armenicam versiones taceamus, vaticanus codex, in hac Matthaei parte alexandrinam recensionem sequetus, habet, προελθων, quod etiam, quantum e collatoris silentio colligere licet, in codice 33

B 4

ex-

*) Apud Marcum etiam latini omnes, praeter unum librum corbejensem, προελθων expresserunt.

extat. Codex vero 13 hiat, Origenes autem aliique alexandrini patres silent. Ex quibus omnibus patet, salva lege, quam ipsi nobis scripsimus, (Proleg. ad N. T. edit. 2. pag. LXXIX.) nimisrum, pro indubie vera habendam esse lectionem, in qua vetustae recensiones cunctae primitus consenserant, praeserri a nobis posse το προελθων.

Vf. 42. το ποτηριον et επ' έμου e commate 59 huc inventa videntur. Damnant ea, quanquam non omnes, at complures tamen et graves utriusque recensionis veteris testes.

Vf. 52. ἀποθανουνται habent quidem codices 150, sed nullus inter hos est ex antiquissimis ABCDL. Dissident inter se Origenis codices manuscripti, nec Chrysostomus in loci hujus lectione sibi constat. Ergo nil definire animi. Caeterum in graecis bibliis ἀποθνησκει f. ἀποθανεισθαι μαχαιρα saepe, ἀπολεισθαι vero μαχαιρα nonquam, quod sciam, legitur. Itaque usitatus fortasse pro minus trito irrepsit. Bengelius ad mitigandum sermonem ἀποθανουνται in ἀποθανουνται mutatum esse conjecterat. Nec hoc veri specie caret.

Vf. 55. προς υμας et διδασκων absunt a perpaucis quidem, sed bonis libris. Cum in aliis locum mutant, et facile e Marco huc invehi poterint, nec causa cur omitterentur appareat illa, suspecta mihi videntur.

Vf. 60. Dubitari vix potest, vulgarem textum; διπλως αύτοι θαγατωσωσι και ουχ εύρον. και πολλων ψευ-

ψευδομαρτυρων προσελθοντων, οὐχ εὑρον. ὑστερον
δε εtc. interpolatum additamentisque auctum esse.
Verba πολλων ψευδομαρτυρων προσελθοντων reten-
nere equidem malim. Defunt enim in paucis
codicibus hodie superstitibus; inter quos nullus
est e veterioribus aut praefrantioribus, et omitti
facile potuerunt a festinante librario, apogra-
phum suum describente e vulgaris textus exem-
pto, in quo verba ista inter duplex και οὐχ εὑρον
interjacebant media. Sed hoc ipsum και οὐχ εὑρον,
bis repetitum, omnino interpolatoris manu
prodere videtur. Priore quidem loco desideratur
tantum in quatuor codicibus recentiori-
bus, et defuisse videtur, ut deinceps probare co-
nabimur, in codice quodam deperdito, e quo
hanc lectionem decerpserat auctor ignotus scho-
lpii, quod extiterat in margine exemplaris, unde
cantabrigiensis codex transcriptius fuit. Verum
posteriore loco multorum testium auctoritate
damnatur. Nam 1) aberat primitus a recensione
alexandrina antiquissima, uti patet e consensu co-
dicum BCL. 102, versionum copticae et armeni-
cae *), et allegationum Origenis et Cyrilli ale-
xandrini. 2) Deerat olim in occidentali quoque
recensione; id quod testantur codices latini non
vulgatae tantum sed antiquioris (italae) etiam
translationis, vocabula ista vel omitentes vel di-

B 5

ver-

*) Aethiops non prouersus quidem omittit posterius και οὐχ εὑρον, sed loco illius exhibet: et non potuerunt. Verum haec ipsa lectionis aethiopicae a vulgari dis-
crepantia, suspicionem auget, illud: et non potuerunt,
ab interprete vel etiam ab editore fuisse inventum.

versissimis, ut mox videbimus, modis exprimentes novisque additamentis locupletantes. Cum Iainis omittentibus faciunt etiam graeci codices 1. 118. 124. 209. et interpretes fabidicus ac syrus hierosolymitanus, qui omnes persaepe occidentalem textum repraefant. 3) Lectionem breviorrem, utrique recensioni antiquissimae communem, confirmant praeterea Syrus, Arabes, Persae, immo Slavus adeo, in exemplaribus saltim nonnullis. In primis autem 4) curate expendi meretur cantabrigiensis codicis lectio, e qua, si quid judico, colligi potest, breviorem olim fuisse textum, eundemque in aliis exemplaribus aliter esse lectum, postea vero, instituta plurium exemplarium inter se comparatione, duas lectiones in unam esse conflatas, indeque vulgarem nostrum textum coaluisse. Scilicet in cantabrigensi libro legitur; ὅπως αὐτοὶ θανάτωσι, καὶ οὐχ εἴρετο ἔχης. καὶ πολλοὶ προσηλθόντες ψευδομαρτυρεῖ, καὶ οὐχ εἴρετο ἔχης. διτέρου δὲ etc. *),

Col-

*) Primus singularem hanc et difficillimam lectionem illustravit Semperius in *præparatione hermeneutica* part. 3. pag. 108. Deinde ipse quoque, Viri κριτικῶν φοιτης insitens, de eadem in *curis in historiam textus graeci epistolarum Paulinarum* p. 81. eo disputavi confilio, ut hoc exemplo döcerem, criticas, annotacionulas et variorum exemplarum collationes marginibus antiquissimorum codicum olim illitas interdum fuisse. Cum vero istum libellum meum in paucorum manibus esse putarem, Lectoribus, quibus hoc commentariolo prodelle cupio, haud ingratum fore existimau, si quae ante multos annos illic scripseram, huic transferrem et paullo distinctius explanarem.

Collata latina versione, e regione graeci textus
in isto codice adjecta, deprehendimus latina
haecce: *quatenus mortificarent eum, et non invenerunt sequentia.* Et multi accesserunt falsi testes, et
non invenerunt rei sequentia. Novissime autem etc.
Sed latinum *sequentia* seu *rei sequentia* aequo obscurum est, ac graecum το ἔξης. Attamen graecorum
cum latinis comparatio hoc saltem docet, non
graeca e latinis, sed latina e graecis esse effecta.
Quomodo enim: *non invenerunt rei sequentia* grae-
ce reddere quisquam potuisset: οὐχ εἴρεο το ἔξης.
Sed quid est REI *sequentia*, quod secundo loco
legitur, cum priori loco extet duntaxat *sequentia*?
Cum nihil in graeco textu reperiatur, quod voca-
bulo *rei* respondeat, evolvendi sunt alii libri la-
tini, circumspiciendumque est, utrum ex his
non nihil lucis asserri queat lectioni cantabrigien-
si. Iam vero brixiensis codex habet: *non invene-
runt culpam*, (quasi οὐχ εἴρεο αἰτιαί seu οὐδεμιαί
εἴρεο αἰτιαί εν αὐτῷ,) colbertinus autem cum duo-
bus aliis: *non invenerunt quicquam in eo s. in eum*,
(velut οὐδεί εἴρεο εν αὐτῷ.) Vocabula *culpam* et
quicquam in eo mera interpretamenta esse, nemo
dubitabit. Quo admisso, conjicere porro licet,
in nonnullos libros nunc deperditos aliud ejusdem
generis interpretamentum irrepsisse: *non invene-
runt REVM*, quasi: οὐχ εἴρεο ἐνεχού θέ-
νατού. Iam vero si alii libri: *non invenerunt se-
quentia*, alii: *non invenerunt reum* habebant, fa-
cile utraque lectio commixta, *non invenerunt re-
um sequentia*, atque hinc novum monstrum: *non
invenerunt rei sequentia*, ab indocto scriba proge-

nitum fuit. Superfunt autem libri quidam versionis latinae antehieronymianae, qui loco *sequentia* habent *exitum* seu *exitum rei*. Hocce vero *exitum* non e græcis libris ; etiūm, sed in ipsa latīna versione exortum et a latīnis efformatum videtur glossoribus, qui majoris claritatis studio ducti, obscurum *sequentia* in *exitum*, et obscuris adhuc *rei* *sequentia* in *exitum rei* transmutarunt. Certe græcum τὸ ἔξης e latīno *exitum* seu *exitum rei* exsculpi vix potuit. Itaque duae extiterunt antiquitus latinorum librorum classes: alii, interpretamentum (*reum*, *culpam*, *quicquam in eo*,) in textum admiserant *); alii, græcum τὸ ἔξης redidérant *sequentia*, quod deinceps in *exitum* transformatum fuit. Superest igitur, ut inquiramus, quid significet τὸ ἔξης, græco textui dñi ante interfūtum, qnam vetustissimi illi libri latini (vercelensis, claromontanus Evangeliorum, corbejenensis &) exararentur, qui *exitum* legunt. Quis vero necit, τὸ ἔξης seu καὶ τὰ ἔξης saepissime a græcis usurpari, ubi orationis nondum ad finem perductæ filium abrumpunt, aut ubi auctoris cuiusdam locum aliquem excitant, sed non integrum. Sic in primis commentatores græci priora tantum sacri contextas paullo verboforis, super quo disputare insituant, vocabula aut incisa praemittente interpretationi solent, omisssis reliquis et adjecto καὶ τὰ ἔξης seu καὶ τὰ ἔξης quod aequipollent breviationis liglis apud nos usitatis s̄q; seu *rel.* seu *etc.* Quae si applicentur ad nostrum locum, prout
græ-

*). Etiam Aethiops prius εὐχὴν ἐψεψιν reddidit: non inventa
ritur contra eum.

graece legitur in cantabrigiensi codice, efficitur, compilatorem hujus textus hoc voluisse: ὅπως αὐτον Θαυτωσι, και οὐχ εύρον κ. τ. ἐ. Και πολλοι προσηλθον ψευδομαρτυρες, και οὐχ εύρον κ. τ. ἐ. Υστερον δε . . . seu latine: et non invenerunt seqq. Et multi accesserunt falsi testes, et non invenerunt rei (reum,) seqq. . . . Nemini in mentem veniet, quemquam tam fuisse stolidum, ut vellet haec sic contextui sacro ipsi interponi. Manifestum est, margini codicis destinata haec fuisse. Sed dormitans librarius scholion, orae codicis, cantabrigiense vetustioris, adscriptum, in textum intulit. Continebat autem scholion istud margini illitum institutam a quodam rei criticae studio collationem duorum codicum longe antiquissimorum, quorum alter habueret: ὅπως αὐτον Θαυτωσι, και οὐχ εύρον, μόστερον δε etc. seu (ut legitur in BCL aliisque) ὅπως αὐτον Θαυτωσι, και οὐχ εύρον, πολλων ψευδομαρτυρων προσελθοντων. μόστηρον δε etc. alter vero: ὅπως αυτον Θαυτωσι. και πολλοι προσηλθον ψευδομαρτυρες, και οὐχ εύρον. μόστερον δε etc. Quae si ita sunt nec nostra nos fallit conjectura, sequitur, vel ex ipso cantabrigiensi codice, licet ipse και οὐχ εύρον his exhibeat, effici posse, extitisse olim libros complures nec ad eandem familiam pertinentes, in quibus verba ista semel tantum legerentur, varie tamen immutata vocabulorum serie ac structura. Caeterum, si servato priore και οὐχ εύρον, posteriori, quod potiores testes jugulari jubent, deleas, verba και πολλων ψευδομαρτυρων προσελθοντων vel simul e textu expellere, vel omisso tantum

ναι, cum antecedenti *ναι οὐχ εὑρετούσης* conjungere debitis. Posteriorem rationem, quam potiorum testium auctoritas commendat, euidem, ut supra jam professus sum, praetulerim.

Cap. XXVI. 70. Inter ἐμπροσθέτην et παντων insertum habent αὐτῶν codices 115. et in his AC. 1. 124. aliquique haud spernendi. Facile neglectum fuit αὐτῶν ante παντῶν, eoque priores ad omittendum id erant librarii, quod in proxime antecedentibus commatibus nihil occurseret, ad quod relativum hocce pronomen referri posset; spectat enim ad versiculum 58, a nostro fatis remotum. At quo minus tamen pleniorē hanc lectionē pro *indubie* vera et genuina habeamus, q̄bstat disensus codicum BDL. 13. 33. 69. et versionum antiquiorum. Utraque ergo lectio nititur testimoniū neutiquam contemnendorum fide; quare judicium lubenter Lectoribus permittimus.

Vl. 71. loco τοῖς codices 132. legunt αὐτοῖς, qua lectione admissa, interstinctio etiam mutanda et pro: *ναι λέγει τοῖς ἐκείνοις ναι οὗτος ἦν μετα ἵησου*, interpungendum esset sic: *ναι λέγει αὐτοῖς ἐκείνοις ναι οὗτος ἦν μετα ἵησου*. In hac lectione, quam probarunt Grotius, Millius (in prolegomenis) Wetstenius, Cl. Matthaei, alii, consentiunt alexandrini codices CL. cum byzantinis plerisque et aliis bonae libris, velut 69. 118. 124. 131. 209. quibus accinunt etiam Syrus, (quamquam hujus versio ambiguitate quadam laboret,) Gothus et exemplaria nonnulla flavonica; atque sic legisse etiam

etiam videntur Chrysostomus et Theophylactus, licet *αὐτοῖς* omittant, et exhibeant tantum *καὶ λέγει* ἐνεὶς *καὶ οὗτος*, nec non codex insignis 157, et si *ἐκεῖ* manifesto errore mutarit in *ἐκεῖνη*, et scripserit, *καὶ λέγει αὐτοῖς ἐκεῖνη καὶ οὗτος*. Attamen contra tot testium fidem defendere ausim vulgarem lectionem. Nam 1) tuetur eam recensio occidentalis, quae supereft in cantabrigiensi codice, latina translatione tam itala quam vulgata, sahida ca verfione, et in codicibus 1. 13. ac, quantum e Wetstenii silentio colligere licet, 53. Horum vero omnium consensu erroris convincit codices 69. 124. 131. et 157, a caeteris et antiquioribus suae familiae testibus hic aberrantes. 2) Alexandrini libri C et L. redarguuntur ab aliis alexandrini, vulgarem textum servantibus, nimirum vaticano codice, Copto, Aethiope et Armeno. Quodsi vero demas codices CL. 69. 124. 131. et 157, pro variante lectione restant fere byzantini tantum, 3) *Ἐκεῖ καὶ οὗτος ήν μετὰ ιῆσου* commodum vix admittit sensum; *ἐκεῖ* enim non habet, quo referatur. 4) Quomodo discrepans a vulgari lectio orta sit, nullo negotio explicari potest. Nempe sexcenties in Novo Testamento legitur *ἐλεγεῖ* s. *λέγει οὕτοις*. Hinc librarius, in archetypo suo reperiens *λέγει τοῖς*, nec ad orationem contextam universem animum rite advertens, facile oculorum sive phantasiae errore sibi persuasit, hoc etiam loco tritissimum illud *λέγει αὐτοῖς* extare.

Vl. 74. *καταθεματίζειν* loco *καταναθεματίζειν* habent paene omnes omnium familiarum codices. Sic

etiam

etiam Apoc. 22, 3. *καταθέμα* praferendum est vul-
gari *καταναθέμα*.

Cap. XXVII. 9. Lectionem τοῦ ἀγάθου διὰ ἵερου τοῦ προφήτου, cum locus a Matilaeo excitatus inter Ieremiæ vaticinia neutquam reperiatur, et antiquorum nonnulli et recentiorum commentatorum permulti, quos Bengelius enumeravit, repudiabant. Sed apud Zachariam cap. XI, 12. 13. carmen extat, quod nostro non prorsus est absimile. Hinc alii ἱερους in ζαχαρίου mutandum, alii au-
tem utrumque nomen delendum et tantummodo τοῦ ἀγάθου διὰ τοῦ προφήτου servandum, ζαχαρίου autem nomen subintelligendum esse censuerunt. Utrique correctioni favent testes nonnulli, non prorsus contempnendi. Nimirum ζαχαρίου exhibet codex 22, peregregius quidem, ut faepe dixi-
mus, at hoc tamen loco solus. Nullus enim te-
stis vetustus ei adstipulatur, praeter Syrae philo-
xenianæ marginem et exemplar quoddam arabici-
num. Sed nimis manifestum est, ζαχαρίου deberi
correctioni Scholiaстae aut lectoris erudituli, qui
periclitanti, ut ipse opinabatur, Matthaei aucto-
ritati hac ratione succurrere voluit, ut olim jam
Origenes, aut latinus saltim ejus interpres, *suspi-
catus* fuerat, „errorem esse scripturae, et pro Za-
charia positum Ieremiam;“ id quod Eusebio quo-
que et Hieronymo placuit. Ac memorabile sane
est, nullum veterem Patrem, qui de loci nostri
difficultate disputaret, graecum aut latinum li-
brum ullum, in quo ζαχαρίου extiterit, vidisse
se testatum esse; ingenue potius fatentur omnes,

fe

se suas duntaxat conjecturas proponere. Nec, posita lectione *ζαχαριου*, binarum lectionum aliarum origo explicari posset. Quod vero ad eam attinet lectionem, quae, omisso vatis nomine, solummodo ἡθεὶ διὰ προφῆτου retinet, militant pro ea duo bonaenotiae codices, 33. et 137, cum Syro et veteribus quibusdam libris latinis. Probabile igitur est, in perantiquis nonnullis occidentalium exemplaribus lectum sic fuisse. Verum ne occidentalem quidem recensionem *primitus* sic habuisse persuasum nobis est. Cantabrigiensis certe libri latina, (graeca enim interciderunt,) Jeremiae exhibent nomen; immo Tertullianus jam sic legisse videtur. Itaque Augustini subscribimus judicio: „nulla fuit causa, cur adderetur hoc nomen (scil. vulgatum *ιερεμιου*) ut mendositas fieret: cur autem de nonnullis codicibus tolleretur, fuit utique causa ut hoc audax imperitia ficeret, cum turbaretur quaestione, quod hoc testimonium apud Jeremiam non inveniretur.“ Putarunt quidem nonnulli lectionis brevioris patroni, ab iis, qui in quodam apocrypho Jeremiae scripto, (quod suis oculis usurpare se testatur Hieronymus,) aut in deperdito quodam nostri Jeremiae loco (cujus vestigia in coptico Lectionario itemque in arabico libro, qui apud Abraamum Echellensem quondam fuit, superesse nonnullis visa sunt,) effatum nostri simile reperissent, nomen *ιερεμιου* temere inventum, ac deinceps ab aliis, carmen istud in canonico nostro Jeremiae libro frustra quaerentibus, in *ζαχαριου* mutatum esse. Sed veremur, ut apocryphus iste sive libellus sive locus adeo sit veter-

Partic. II.

C

itus

stus, ut ex eo origo lectionis vulgatae, quam antiquissima recensio alexandrina *primitus* procul dubio exhibuit, derivari queat. Nostro quidem judicio, Matthaeus *memoriae* lapsu Ieremiam laudavit, ubi Zacharias nominandus fuisset, *Memo-*
riter enim, nec consulto sacro codice, verba prophetae excitata esse, nemini dubium videbitur,
qui Matthaei locum cum Zachariae vaticinio comparare et ad insigne inter utrumque discrimen animum advertere voluerit.

VI. 16. et 17. ante *βαραθραν* bis additur *ιησουν* in tribus codicibus, multis vetustis lectionibus refertis, nimirum 1, a prima manu, 118. (prioris, ubi ambo consentiunt, apographo,) et 209, a prima manu; quibuscum e versionibus concinunt armenica et syriaca hierosolymitana. Olim antem in pluribus exemplaribus lectum sic fuisse, testatur scholion, orae multorum codicum adscriptum. Nec defuerunt inter criticos recentiores, qui additamento huic calculum suum adjicerent, velut I. D. Michaelis, Adlers, alii. Nobis autem minime probatur. Doceri enim nequit, *ιησουν* *privitus* lectum fuisse in ulla recensionum vetustarum. Ne occidentalis quidem, licet hujusmodi additamentis summopere delectetur, primis seculis istud *ιησουν* agnovit. Sed nec alexandrina. Quae enim ex Origenis in Matthaeum commentariis proferuntur, *) latine tantum supersunt, et forsitan inter-
pre-

*) „In multis exemplaribus non continetur, quod Barabas etiam Iesus dicebatur; et forsitan recte, ut ne nomen

pretis, incredibili, ut aliunde constat, licentia
utentis, sedulitati debentur; graece autem in libris
adv. Celsum Origenes locum nostrum absque *ιησους*
laudavit. Caeterum, cum plures nobis innotue-
rint Judaei, Jesus dicti, et Bar Abba cognomen
potius quam nomen sit, cognominibus autem prea-
ponantur nomina, immo hoc ipsum cognomen
Bar Abba, perhaepe apud Thalmudicos recurrens,
alia nomina v. c. Samuel, Nathan, Abba etc. soleat
habere praefixa **): incredibile neutquam est, sce-
lestum istum hominem vocatum fuisse Jesum Bar
Abbam. Verum, si vel maxime hac de re certo
nobis constaret, fieri tamen potuisset, ut Matthaeus,
reverentia et quasi pietate quadam erga
magistrum dilectissimum ductus, fortuitam hanc
et satis mirabilem nominum convenientiam silen-
tio praeteriret, quemadmodum Marcus, Lucas et
Ioannes similiter maleficum hominem Barabbam
tantum, non Iesum Barabbam, nominarunt.
Alius autem scriptor coaevus ομονυμιαν istam di-
gnam potuit judicare, quam απομνημονευματι suis
insereret, e quibus facile nomen *ιησους* in marginem
Matthaei, ac deinceps in ipsum contextum

im-

men Iesu conueniat alieni iniquorum. . . . Puto,
quod in haeresibus tale aliquid superadditum est.^{**}
Orig. tract. 35. in Matth. Ex his effici posse putarunt
nonnulli, Origenem in suis codicibus omnino repe-
risse *ιησους* βαραβασ, sed vanis ductum ratiunculis ma-
luisse eum aliorum potius quam suorum librorum fe-
qui auctoritatem.

**) Vide Wetstienum in animadversionibus philologicis
in h. l.

immigravit. Ut ut autem haec veri specie non carrent, tamen alia etiam via ἵησους irreperere in tex-
tum potuit. Quid enim, si fessinans librarius,
postquam commate 17 transcripsisset verba: τινα
θελετε ἀπολυτω ὑμιν; nimis praeципitanter arripuit
sequens mox ἵησους, neglecto interacente βαραβ-
βαν ἦ, statim autem animadverso errore, hunc
corrigere ita instituit, ut more librariis solemni
minutissimis punctulis superne appositis ἵησους ju-
gularet, ac mox pergeret: βαραββαν, ἦ ἵησους τον
λεγομενον χριστον. Iam fac, ex isto exemplo alium
librarium, minus attentum aut hebetioribus uten-
tem oculis, confecisse apographum, et hujus ocul-
orum aciem effugisse tenuissima illa ac detrita
fortasse puncta; nonne sic enasci necessario debuit
lectio: ἵησους βαραββαν, οἱ ἵησους τον λεγομενον
χριστον? qua fortuito casu exorta in commate 17,
fieri non potuit, quin mox versu etiam 16 ἵησους
ante βαραββαν intercalaretur. Firmat hanc con-
jecturam quodammodo latinus textus, Origenis
commentario supra laudato praemissus, quippe qui
commate quidem 17 Iesum Barabbam, versu au-
tem 16. simpliciter: qui dicebatur Barabbas exhibet.

Vl. 28. ἐνδυσαντες loco ἐνδυσαντες non e Chrysostomi
codicibus, ut nonnullis vñsum est, sed e Marco
in libros quosdam irrepit. Chrysostomi enim co-
dices ἐνδυσαντες legentes, dum simul περιεθηκαν
εὗτω omittunt, quod caeteri omnes servant, lectio-
nem offerunt plane singularem et a librorum N.
T. manuscriptorum, ἐνδυσαντες exhibentium, lec-
tione admodum diversam.

Vf.

Vf. 29. ἐν τῇ δεξιᾳ, quod Bengelio placuit, egressorum codicum ad varias familias pertinentium auctoritate commendatur. Nec negamus, ex antecedente ΕΠεθημαν ΕΠΙ την κεφαλην facile ori potuisse vulgatum ΕΠΙ την δεξιαν. At hoc tamen, tanquam durius, praferre malimus, licet nec istud damnamus.

Vf. 33. λεγομένος suspectum est. Alii enim vetusti testes omittunt, alii post τοπος rejiciunt, alii in μαλουμενος f. μεθερμηνουμενος f. μεθερμηνουμενον f. λεγομενον mutant. Neque tamen ideo e textu eliminandum id esse censemus. Omnes enim istas codicum discrepantias exortas esse arbitramur e primitiva lectione: ὁ ἐστι λεγομένος ιησουν τοπος Illud enim ὁ non satis convenire videbatur sequenti λεγομενος. Hinc nonnulli, loco masculini λεγομενος, scriperunt neutrum λεγομενον seu μεθερμηνουμενον, alii vero vocabulum λεγομενος deliverunt. Atque hinc efficitur etiam, istud o", pro quo vulgares libri o" habent, genuinum esse. Hac enim lectione posita, caeterarum omnium ratio nullo negotio reddi potest.

Vf. 34. οἰον lectionibus dubiis accensemus. Millius quidem, Bengelius, aliquie e parallelo Marci loco cap. 15. 23. eo consilio, ut ἐναγτιοΦανετα inter utrumque Evangelistam tolleretur, οἰον translatum buc esse arbitrati sunt. Sed aequo paene jure dicere posses, ὅξος e Matih. vf. 48. Marc. 15, 36. Luc. 23. 36. et Jo. 19. 29. 30. coll. praesertim Psalm. 68. 21. inventum esse ab iis, quibus per-
fua-

suasum esset, ὅτος potius quam οἱρον porrecturos
fuisse crudelissimos hostes, quounque crucia tu-
um genere Iesum vexantes. Οἱρον certe unanimi-
fere consensu habent praestantiores utrinque re-
censionis cum codices tum etiam versiones. No-
n illius tamen ad stabilendam hanc lectionem argu-
mento uti a viris doctis quibusdam usurpato, qui
vel οἱρον restituendum esse, vel errorem ab inter-
prete, ebraica auctoris in graecum sermonem
transferente, admissum concedi debere propterea
pronuntiarunt, quia Christus, ὅτος neutiquam
recusans, huncce tamen potum, cuius mentio
Matth. 27, 54 et Marc. 15, 23. injicitur, omnino
declinarit. Verum bibere noluit, non ideo, quod
vinum porrigeretur, sed eam potius ob causam,
quia potio ipse oblata μετὰ χολῆς μεμιγμένη, hoc
est, Marco teste, ἐσμυρνισμένη esset, sicut non
restinguens sed magis ciens, immo inebrians et
mentem obnubilans. Itaque nil obstat, quo minus
Matthaeus ὅτος scribere potuerit. Internis igitur
argumentis vix quicquam pro alterutra lectione
efficietur, sed res reddit fere ad fidem testium. Lecto-
rum ergo judicio permittimus, utrum paucos,
sed eximios, testes sequi, an vero ingentem codi-
cum numerum, inter quos tamen nonnulli etiam
bonae notae libri reperiuntur quibuscum syriaca
quoque versio conspirat, illis praeferre malint.

Vl. 35. ινα πληρωθη το ἑρθεν ὑπο του προφητου διε-
μερισαντο τα ἴματια μου ἐσυτοις, και ἐπι τον ἴμα-
τισμον μου ἐβαλον ηληρον absunt a codicibus 167,
versionibus plerisque et commentatoribus graecis,

ac

ac e parallelo loco Io. 19. 24. ni fallimur, intrusa
sunt. Ulro largimur quidem, potuisse ea exci-
dere propter ὄμοιοτελέντος, librario a κληρον ad
κληρον saltum faciente. Sed dubitamus, ullum
afferri posse exemplum omissionis ob ὄμοιοτελέν-
τον, quae in tot codices propagata fuerit. Si enim
modo commemoratis 167 addas eos Evangeliorum
libros manuscriptos graecos, qui vel Matthaei li-
bellum plane non continent, velut N. O. Q. R.
T. 92. 94. 95. 96. 97. 101. 139. 145. 166. reliqui,
vel hoc saltim loco mutili sunt, ut C. I. P. 13.
28. 32. 85. etc. vel passim tantum inspecti, neuti-
quam vero a capite ad calcem collati fuerunt, ve-
luti X. 18. 19. 20. 21. cum permultis aliis, pau-
cissimi supererunt pro vulgari lectione militantes,
et inter hos ne unicus quidem ex antiquissimis et
unciali charactere scriptis. Nec in versionibus
praesidii aliquid reperire potest additamentum, de
quo disputamus. Gothicā enim translatio hiat,
Syriacos autem codices nonnullos et editiones ple-
rasque, pleniori lectioni faventes, confutant alii
libri syriaci manuscripti et editi ac Philoxenianae
margo. Philoxenianae textui officit margo ipsius.
Arabis erpeniani et romani fides labefactatur ab
Arabe polyglottorum et Kirsteniano. Persae in
polyglottis excuso repugnat whelokianus. Arme-
nam refellunt cognati eius, Copta et Aethiopica,
ac graeci alexandrinae recensionis libri. Codici-
bus tandem translationis italicae et unico versionis
hierosolymitanae libro manuscripto, opponimus
cantabrigensem, nec graece neque latine ἔγγραφη il-
lam exhibentem, aliasque occidentalis familiae

te-

testes. Videtur autem corruptio in occidentales quosdam libros primum irreplisse, e quibus procedente tempore alii quoque, sed pauci, interpolati sunt. Saltim plerique codices graeci, quos additamento isto locupletatos esse certo scimus, ut 17. 61. 69. 118. 124, cum occidentalibus libris in permultis lectionibus consenint.

Vf. 41. οὐτι Φαρισαῖων addunt quidem codices permulti, sed pauculis exceptis, constantinopolitani tantum, et horum similes. Nec versiones additamentum hoc agnoscunt, praeter flavonicam et syriacam, cum hujus sequacibus, arabica et persica. Brixianus autem liber latinus heic, ut alibi saepissime, ad recentiorem textum graecum restitus est. Habet quidem οὐτι Φαρισαῖων codex cantabrigiensis cum nonnullis Italae libris et Evangeliorum quibusdam; sed hi omittunt οὐτι πρεξβύτερων: id quod documento est, οὐτι Φαρισαῖων olim in margine allitum fuisse, postea vero vel in locum τοῦ οὐτι πρεξβύτερων substitutum, vel huic adjunctum esse.

Vf. 42. εἰ post σωσται facile in libris aliquot excidit. Notandum autem est, nonnullos ex iis, qui hoc loco id omittunt, sequente commate ante πεποιθεν idem inculcasse. Unde vero illic repetitum id esse dixeris, nisi e nostro commate? Atque hinc probabili conjectura colligere licet, extitisse εἰ in illis ipsis codicibus, e quibus descripti sunt hi, qui nunc hancce voculam omittunt. — — Ibid. permulti codices addunt ἐπι, atque vel ἐπ' αὐτῷ vel ἐπ'

ἐπ' αὐτοῖς legunt. Cum vero occidentalis recensio non agnoscat hanc particulam, quae claritatis et emphaseos causa a scholiaстis et commentatoribus textui interponi potuit, dubia nobis haec lectio esse videtur.

Vf. 49. ἀλλοὶ δὲ ταῦτα λογγιῶν ο. τ. λ. e Ioannis Evangelio in hunc locum, admodum sane incongruum, translata fuerunt in codicibus BCL aliiisque nonnullis. Sed alexandrinorum istorum librorum auctoritatem labefactant alii alexandrini, v. c. Coptus et Armenus. Praeterea occidentalis etiam recensio vetusta, cuius testimonium ad repudianda additamenta plurimum valet, appendicem istam damnat tanquam spuriam. Caeterum primis seculis, cum exemplaria, quatuor Evangelia simul complexa, rara adhuc essent, plerique vix unius tantum et alterius Evangelii apographum comparare sibi poterant. Talis igitur apographi possessor paulo curiosior si forte incidet in alias Evangelistae commentariolum manuscriptum, non potuit non pronus esse ad decerpenda et sui codicis margini illinenda, quae notatu prae aliis digna reperiret et a suo codice abesse meminisset. Tales vero marginales annotationes aequae ac harmonistarum lucubrationes saepenumero et librariis et interpretibus ut h. l. Chrysostomo, fraudi fuerunt.

Vf. 64. νυκτὸς delendum esse, gravissimi omnium familiarum testes pronuntiant. Nulli dubitamus, e cap. 28. 13. invectum huic esse.

Vf.

Cap. XXVIII. I. Fuerunt, qui δε omittere et verba
ἀψε συββατων ad antecedens caput referre vellent,
quo Matthaeus cum caeteris Evangelistis exactius
concordaret. Sed pauculi codices, δε praetermit-
tentes, ex Evangeliorum, novam pericopam hic
incipientibus, corrupti sine dubio sunt. Nec cre-
dibile est, Matthaeum novam narrationem tam ab-
rupte, absque ulla particula copulativa aut transi-
tum indicante, inchoare voluisse: Τη ἐπιφωσου-
ση ἐις μιαν συββατων ἡλθε η τ. λ.

Vl. 9. Verba: ως δε ἐπορευοντο ἀπαγγειλαι τοις μα-
θηταις αὐτου, quamquam ab egregiis nonnullis
codicibus et a pluribus vetustis versionibus
absint, eamque ob causam suspecta omnino vide-
antur, e textu tamen, nostro quidem judicio, ex-
terminanda non sunt. Nulla enim causa probabi-
lis, cur perperam intruderentur, afferri potest.
Nam initio periochae inserta esse, ut Bengelius
suspiciatus fuerat, veri specie caret, cum ab hoc
commate incipiat ecclesiastica lectio nulla, πιτλος
nullus. Contra vero variae aderant causae, ob
quas vel fortuito casu vel consulto praetermitti
possent. Primo enim propter ἐμοιοτελευταιν
bis iteratis ἀπαγγειλαι τοις μαθηταις αὐτου eo faci-
lius peccabant scribæ ac interpretes, quod omisso
στιχῳ, de quo disputatur, non solum sententia
sed ipsa etiam verborum structura prorsus salva
manceret. Deinde lex a rhetoribus lata, „ne id
quod semel supra diximus, deinceps dicamus”,
quam ex Auctore ad Herennium Wetstenius ad h.
l. scite excitavit, permovere nonnullos librarios
aut

aut versionum auctores potuit, ut repetitionem revera superfluam contra exemplorum suorum fidem resecarent. Tandem jugulari ista verba potuere ab iis, qui animadverterent, deletis illis facilius tolli posse difficultates quasdam, quibus Evangelistarum narrationes de mulieribus resurrectionis Christi testibus obstructae sunt. Certe auctor recensionis occidentalis, ac is in primis qui cantabrigensem textum recenfuit, id interdum egisse videtur, ut mutando aliquantulum textu aut delendis vocabulis nonnullis objectionum adversus historiam evangelicam ansas praecideret; quod, ni fallimur, praefertim in passionis et resurrectionis dominicae historia aliquoties ab eo tentatum fuit. Idem studium perversum nostro quoque loco vel resecandi ista verba, vel cupide saltim amplectendi et propagandi lectionem breviorem, si ea fortuito casu enata fuit, occasionem praebere potuit. Nam istud: ὡς δε ἐπορευόντο ἀπαγγείλαι τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, indicare videtur, Jesum statim nec ullo interposito temporis spatio mulieribus obviam venisse vix e sepulcri spelunca egressis. Hoc vero repugnaret Joannis narrationi de Maria Magdalena, Jo. 20, 1—17. et Marci asseverationi, Magdalenam fuisse primam, cui Jesus post resurrectionem suam vivum se conspicendum praebuerit, Marc. 16, 9. Vix Evangelistarum narrationes conciliare inter se poteris, nisi sumas, quae apud Joannem et Marcum locis modo laudatis leguntur, prius evenisse quam ea, quae nostro commate (Matth. 28, 9.) de Jesu mulieribus obviam veniente traduntur. Cum igitur huic

hunc suppositioni verba, de quibus disputamus, obstat videantur, manifesto patet, pleniorē lectiōnē admodum esse diffīcilem, imo apparen-
tē fālsam; breviōrem vero non arridere non
potuisse iis, qui ἐναντιοφανεῖς, quantum fieri
posset, e textu eliminari optarent.

EPII.

E H I M E T P O N

A D

COMMENTARIVM CRITICVM

I N

MATTHAEI TEXTVM.

И О Т Э М И Е

А

СОМПЛЕКСУМ СИГНАТУРУМ

МУЗЫКАЛЬНЫХ ИНСТИТУЦИЙ

In critico commentario, quem in graecum
Matthaei textum conscripsimus, desiderarunt Viri
docti nonnulli quaecunque judicium nostrum super
primi ac secundi capitum Evangelii istius authentia.
Propositorum quidem nobis tantummodo fuerat, in
singulorum locorum lectiones, a vulgo receptis dis-
crepantes, curatus inquirere, et ad libros Novi Te-
stamenti a mendis, librariorum sive negligentia si-
ve temeritate inventis, repurgandos symbolam no-
stram conferre, textusque a nobis aliter ac, ut spe-
ramus, rectius quam in vulgaribus editionibus con-
stituti causas et rationes sic exponere, ut partim Vi-
ri harum rerum periti in negotio tam gravi ac ar-
duo ea qua par est religione ac circumspectione ver-
sari nos intelligerent, partim etiam tirones habe-
rent, in quo excutiendo et diligenter perpendendo
vires suas exercere, et subtiliter de rebus criticis ju-
dicandi facultatem ipso usu et saepe repetita cano-
num criticorum applicatione comparare sibi possent.
Ab hoc vero consilio nostro istae de pericoparum
verbosorum authentia, origine et oeconomia dis-
quisitiones, quippe quae ad aliud criseos genus,
aliis legibus regendum, pertinent, paullo remotiores
esse viseae nobis fuerant. Attamen, ut Virorum
doctorum monitis obtemperemus, nec tergiversari
ac sententiam nostram diffimulare velle existime-
mur, de causa ista dudum controversa quid nobis

vide-

videatur, ingenue exponemus, verum, ut fas est
in παρεγγω, paucissimis.

1. *Testimonia* veterum, quibus duo priora Matthaei capita dubia reddi queant, proferri possunt prorsus nulla. Leguntur ista capita in codicibus graecis, nisi manifesto mutili sint et laceri, omnino omnibus et in versionibus vetustis, quas quidem integras habemus, cunctis; nec ullum repertum adhuc fuit vestigium, quod proderet, in ulla istarum versionum pericopam hanc serius et ab alio interprete fuisse adjectam. Scio quidem, viris doctis nonnullis persuasum esse, in codice graeco Ebneriano seu Eschenbachiano, qui inter Weitsteanos est centesimus quintus, deesse caput Matthaei primum, *textumque* incipere capitinis secundi commate primo, a verbis: Τοῦ δὲ Ἰησοῦ γεννθέντος. Sed nisi me omnia fallunt *), primum caput in hoc libro, aequo ac in caeteris omnibus, omnino extat. Nec Schoenlebenius, qui singulari libello, Norimbergae 1738 excuso, notitiam hujus codicis dedit, genealogiam et narrationem de graviditate et partu Mariae abesse, *textumque* a verbis: Τοῦ δὲ Ἰησοῦ γεννθέντος inchoare testatur, sed pag. 17. „primum, inquit, caput

* Neutiquam fecellit me conjectura. Postquam enim haec scripseram et in Programmate, quo Academiae Jenensis nomine festum Pentecostes anni 1801 indicebatur, typis excudi curaveram, Gablerus V. V. omnia diligentius pervestigavit, et primum Matthaei caput in codice Ebneriano omnino inveniri testatus est in *Journal für theologische Literatur* 1801 partie. 6; quo Lectores, plura de hac re scire cupientes, ablegamus.

put A. his verbis incipit: Τοῦ δε Ἰητοῦ γεννηθευ-
τος.“ Recte! *κεφαλαιον* primum certissime ab istis
verbis incipit. Sed hoc neutquam Ebneriano libro
proprium est, aut singulare, licet ipsi etiam Schoen-
lebenio fortasse visum ita fuerit; addit enim: „ob-
servavit Bengelius in sua editione, nullum hebraic-
um Matthei codicem habuisse genealogiam, vel
omnino duo capita prima;“ e quibus verbis apparet,
putasse Schoenlebenium, istam *capitum dispositio-*
nem, quam ex Ebneriano codice notaverat, non esse
nullius momenti ad dirimendam de genealogiae au-
thentia item. Sed erravit vir doctus, aut saltim
verboium suorum ambiguitate alios in errorem per-
duxit. Qui enim manuscripts Novi Testamenti
codices complures tractavit, vel Stephanicam ad-
eo Millianamve editionem curiosius perlustravit,
non nesciet, in omnibus Novi Testamenti libris pri-
mam pericopam, a qua liber quisque orditur, ne-
gligi nec numerari in capitum apud Graecos usita-
torum seu *κεφαλαιων* recensu. Sic in omnibus,
quotquot *κεφαλαιων* notatione et *τίτλοις* instructi
sunt, codicibus, Matthei *κεφαλαιων* A seu primum
inscribitur περὶ τῶν μαγών, et incipit Matth. 2, 1.
Similiter Marci κεφ. A, titulum prae se ferens, πε-
ρὶ του δαιμονιζομένου, inchoat Marc. 1, 29. ac Lucae
κεφ. A. inscriptum περὶ της ἀπογραφῆς incipit Luc.
2, 1. et Joannis κεφ. A, περὶ τοῦ ἐν παγῇ γαμον, or-
ditur a Jo. 2, 1. Quin in epistolis quoque plerisque
eadem est των *κεφαλαιων* ratio. Primum v. c. epi-
stolas ad Romanos *κεφαλαιον* incipit Rom. 1, 18.
Tā singularis numerandorum των *κεφαλαιων* mo-
di causam repetendam censemus e sectionum istarum

origine. Primum enim singulis libri cuiusque pericopis grandioribus lemma, argumentum paucis verbis exponens, praefgebatur, aut in oratione superiore five inferiore adponebatur; quae lemmata (seu *τίτλοι*) deinceps e codicum marginibus collecta et in catalogum redacta numerisque distincta fuerunt, velut in Mattheo: I. περὶ τῶν μαγῶν. II. περὶ τῶν ἀναιρεθέντων παιδίων. III. περὶ τῶν ιωάννης ἐκῆρυξε βασιλεῖαν οὐρανῶν. IV. περὶ τῆς διδασκαλίας του Χριστοῦ. V. περὶ τῶν μακαρισμῶν (quod capitulo tam orationem in monte habitam complectitur). VI. περὶ του λεπρού, et sic progo. Atque libri cuiusque initium generali inscriptione (v. c. Εὐχαγγελίου πατα Ματθαίου, seu Προσήλεμονς ἐπιστολη) in frustum jam fuit. Hinc speciali lemmata in primo libri cuiusdam folio vix locus satis conveniens relictus esse putabatur. Atque sic accidisse videtur, ut primae libri cuiusque particulae in enumerandis *ἱεροφανείοις* nō enī fieret nulla. Ex quibus omnibus patet, Novi Testamenti librorum paene omnium initia fore refecanda, si eam sacri contextus partem, quae primum *ἱεροφανεῖον* antecedit, in ratione suspicionem adducere fas esset.

Nec major vis ad dubiam reddendam saltim genealogiam inest latinis codicibus, ad quos nimis cupide provocavit praecipius authentiae duorum primorum capitum oppugnator, *J. Williams*, in *a free enquiry into the authenticity of the first and second chapters of St. Matthew's gospel*. Edit 2. Lond. 1789 Nullus repertus adhuc fuit codex latinus, in quo Matthaei Evangelium tertio demum capite a

ver-

verbis: *Ἐν ταῖς ἡμέραις ἐνεπνιγμέται Ἰωάννης ὁ Βαπτιστὴς ἡρυστον καὶ τὸ εἶναι inciperet.* Harlejanus quidem, numero 1775 insignitus, qui sexto aut septimo seculo scripus esse putatur, ad commatis 17 finem haec habet adposita: *Genealogia hucusque. INCIPIT EVANGELIUM SECUNDVM MATTHAEVM.* Verum haec non ipsius librarii calamo textui interposita, sed in margine ab alia recentiore manu adjecta sunt *). Alii latini codices, seculo 10. 11 aut 12, in Hibernia sere, exarati, genealogiam a Matthaei narratione avellunt, eamque prologis commati 18 praemissis anteponunt. Sed hi libri non solum aliorum latinorum multo antiquiorum et praestantiorum auctoritate, verum graecorum etiam, quotquot examinati adhuc fuere, syriacorum, copticorum, aliorumque codicum unanimi consensu confutantur, nec quidquam probant nisi hoc: siuisse medio aevo nonnullos, qui genealogiam non ipsius Evangelii (h. e. narrationis a Mattheo elaboratae) partem, sed velut appendicem seu potius prologum esse opinarentur. Quae obscurorum hominum opinio qualisque cunque, ad sola septendecim priora capitris primi commata spectans, neutiquam eo valet, ut de reliqua primi capitulis parte et de secundi capituli authentia vel minimum injicere nobis scrupulum queat; immo ne genealogiam quidem spuriam esse supponit, sed separatim duntaxat et ab Evangelii corpore sejunctam servari vult, quippe quam Mattheus ipse non concinnaverit, sed aliunde accep-

D 2

ptam

*) Vide *Symbolas nostras criticas*, Tom. I. p. 509.

ptam suo de rebus ad Christum pertinentibus commentario praesigendam censuerit.

II. E veterum scriptorum de Evangelio secundum Hebreos et de Nazarenorum Ebionitarumve Evangelii relationibus argumenta aduersus primorum Matthaei capitum authentiam petere fas non est, donec longe quam adhuc quidem factum est explicatus et certius doceatur, non solum absuisse primitus ab ipsis libellis cum genealogiam tum nativitatis Christi historiam, (quod de solo Ebionitarum Evangelio idoneis testimoniis evictum esse videtur,) verum tam propinquo etiam cognitionis gradu apocrypha ista Evangelia attingere commentarium Matthaei, ut probabili ratione colligi queat, quae in ipsis libellis praetermissa essent, in nostro quoque Evangelio lecta primitus neutquam fuisse.

III. Nec Virorum quorundam doctorum conjecturae de hebraico seu aramaeo quodam Evangelio, e quo tanquam e communis fonte nostra Matthaei, Marci et Lucae Evangelia derivata fuerint, ita comparatae sunt, ut ad decidendam de primo et secundo Matthaei capite controveriam adhiberi rite possint. Multis enim de causis dubitare licet, utrum consensus trium illorum Evangelistarum e tali repetendus sit fonte communi, quamvis istud primitivum Evangelium (*Urevangelium*) fuisse singunt. Ac si vel maxime hujusmodi Evangelium omni extitisse concederemus, et praeterea largiremus, absuisse ab eo cum genealogiam tum reliquam de partu Virginis et magorum adventu narrationem, minime tam

men effici inde posset, bina ista capita ab alio quam ab ipso Evangelii nostri auctore adjecta postmodum fuisse. Si enim alius hoc additamento primitivum Evangelium amplificare potuit, quidni Matthaeo idem licuerit?

IV. Neque e Marci silentio de rebus omnibus, quae duobus illis capitibus continentur, consequitur, ab eo Matthaei exemplari, quo Marcus usus est, absfuisse, quaecunque intacta hic reliquit. Et si enim persuasi sumus, Marcum in conscribendo suo Evangelio diligenter consuluisse Matthaei commentarium, et permulta ex eo in suum libellum transfudisse, negamus tamen, Matthaei epitomatorem eum esse, aut id egisse, ut quicquid Matthaeus uberior narrasset, in compendium ipse redigeret. Proprio enim iudicio graviter usus, e Matthaei et Lucae Evangelii ea tantum decerpit, quae suis lectoribus inique consilio convenientissima esse arbitraretur; caetera, quamquam obvia et velut parata, ut v. c. orationem montanam, consulto praetermisit.

V. Non magis ad impugnandam capitum nostrorum *αὐθεντιῶν* provocare licet ad prima Lucae capita, in quibus non solum multa, quae Matthaeus habet, silentio praetermittuntur, sed nonnulla etiam narrantur, quae difficulter cum Matthaei relatione conciliari queunt, unde colligi posse videtur, exemplum Evangelii Matthaei, quo usus fuit Lucas, caruisse nostris duobus capitibus. Ex mea vero sententia, usus quidem omnino est commentario Matthaei, sed non toto et integro, quam
lem

Iem nos habemus, verum vel usurpavit tantum excepcta quaedam, sive ab ipso olim collecta sive ab aliis cum ipso communicata, vel, quod similius vero mihi videtur, praesto ipsi fuit istius commentarii editio prior ac brevior, quae nondum omnia complectebatur, quae in posteriori exodose, secundis Matthaei curis amplificata et locupletata, jam leguntur.

VI. Difficultates nec paucas neque exiguae in ipsis capitibus occurrente, ultro fatemur. Sed si pluribus adeo et multo gravioribus narratio premeretur difficultatibus, temere tamen inde concluderes, Matthaeo auctori eam non esse tribuendam. Nihil enim continet, quod Matthaeus scribere non potuerit. Fideliter autem de rebus, sexaginta circiter annis ante gestis quam scriptio consignarentur, retulit relata ab hominibus, uticunque narrantibus, quae ante plura fortasse lustra ab aliis acceperint. Quapropter interpres peritus et sagax et tricis plerique nullo negotio se expedier, dummodo, animum sedulo advertat ad fontes, e quibus quaevis narrationis particula hauriri potuerit aut debuerit. Sic v. c. quae de stella prohibentur, aliunde innoscere non potuerant, quam e magorum, hominum piorum quidem at caeteroqui ignororum, relatione, satis forsitan obscura ac confusa, quae per varias ambages ad Matthaei demum aures pervenit. Nec aliam Josephi genealogiam libello suo inferere potuit, quam suppeditatam a viri illius cognatis. Et sic in caeteris etiam. Matthaeus enim his, quae tempore nativitatis Christi evenerant,

non

non interfuerat ipse, nec ex eorum qui interfuerant ore rescire ea facile potuit. Quare mirum videtur debet nemini, si haec historiae ab ipso conscriptae pars obscuritate quadam labore et.

VII. Quod si vero difficultates in his capitibus obviae non sufficiunt ad probandam horum *veritatem*, nec est cur Fausti manichaei moremur objectiones,*), quippe quae unice petitae sunt a difficultatibus illis, et maxime a genealogia, quam ab Evangelio distinguere ille vult.

VIII. Cum igitur parum roboris insit argumentis omnibus, adversus duorum istorum capitum authentiam prolatis, genuina ea esse censemus, ipsaque inde ab initio, cum primum in publicam lucem emitteretur Matthaei Evangelium, huic adhaesisse ac in autographo seu archetypo jam extitisse, nulli dubitamus.

IX. Itaque restat tantum ut inquiramus, utrum Matthaeus ipse sciscitando, ex testium fide dignorum ore collegerit narrata in his capitibus, eaque in hanc formam redegerit; an potius totam nativitatis Christi historiolam, prout eam hodie legimus, ab alio in literas jam relatam repererit, dignamque judicavit, quam suo Evangelio praefigeret. Posteriorius viris doctis placuit haud paucis. Cum autem de duobus etiam Lucae capitibus prioribus similis quaestio exorta sit, de his paucula praemittere licet

*) Vid. Augustinus contra Faustum Libro 2, cap. 1. et Lib. 23, cap. 2.

cebit dicendis de Mattheao. Quodsi enim probabili conjectura eo deducamur, ut Lucam verum istorum capitum auctorem esse intelligamus, vix erit, cur de Mattheao fecus ac de Luca sentiendum esse statuamus.

Duabus potissimum rebus narrationes, quae Lucam auctorem habent, ab aliorum ejusdem generis historicorum res gestas exponendi ratione differunt: primo. percrebra apparitionum angelicarum commemoratione, deinde, *oratiunculis*, narrationis filo intertextis, diligenter elaboratis et ad uniuscujsusque, quem loquentem auctor inducit, personam mira sagacitate accommodatis. Quantoperè angelos in scenam producere Lucas amet, constat ex Evang. 22, 43. Act. 1, 11, 5, 19, 8, 26, 10, 3, 12, 7, 12, 25, 27, 23. Oratiuncularum autem exempla in Actibus Apostolorum occurserunt quamplurima, nimirum Petri, cap. 1, 15, 2, 14, 3, 12, 4, 8, 10, 34, 11, 4, 15, 7. Stephani, cap. 7, 2. Jacobi, cap. 15, 13. item 21, 20. Pauli, cap. 15, 16, 17, 22, 20, 18, 22, 1, 24, 10, 26, 1, ecclesiae hierosolymitanae, cap. 4, 24. Gamalielis, cap. 5, 34. Festi, cap. 25, 24. Tertulli adeo, cap. 24, 2. et γραμματως ephesini, cap. 19, 35. Atqui utraque ista nota velut characteristica primo etiam ac secundo Evangelii capitii manifeste est impressa, ubi *angeli* apparuisse perhibentur Zachariae, cap. 1, 11. Mariae, comm. 26. et pastoriibus bethleemiticis cap. 2, 9. *Oratiunculae* autem, his quae in Actis Apostolorum leguntur, si conformationem earum universam et structurae artificium spectes, valde similes, eveniuum enarrationi crebro interpolantur. Hujus generis declamatiunculas capitum illorum auctor attribuit Mariae, cap. 1, 46. Zachariae, v. 67. Symconi, cap. 2, 29 et 34. immo Gabrieli etiam,

cap.

cap. 1, 13. aliisque angelis cap. 2, 10. Quae omnia cum prorsus Lucae ingenium redoleant et mirifice cum iis, quae de viri hujus sentiendi, cogitandi historiamque tractandi ratione aliunde cognita habemus, convenientia, capita ista omnino ab ipso elaborata, non aliunde accessita esse, arbitramur. Nec objici nobis potest styli differentia, quae intercedit inter prologum, comm. 1 — 4, a Luca ipso scriptum, et narrationem comm. 5 incipientem et usque ad cap. 2, 52 decurrentem, utpote multo magis praefatiuncula illa hebraizantem. Verum, re curatius penitus, pericopam Cap. 1, 5 — 2, 52. non magis hebraizare inveniemus, quam reliquam Evangelii partem. Decantatum illud ἐγένετο ἐν ταῖς ἡμέραις. cap. 1, 5. reperitur etiam Luc. 6, 12. Act. 8, 1. 9, 37. Ἐγένετο autem illud hebraicum frequentatur apud Lucam v. c. Luc. 3, 21. 5, 1. 12, 17. 16, 22. etc. Act. 9, 52. 28, 17. aequae atque ἐν ταῖς ἡμέραις e. gr. Luc. 17, 26, 28. Act. 6, 1. 11, 27. et sic reliqua ad hebreorum loquendi usum conformata. Praeterea dubitari vix potest, Lucam ante oculos positam habuisse historiam de Joannis et Iesu Christi nativitate, hebraico haud dubie sermone exaratas, e qua hebraisi nonnulli transplantari potuerunt in eam narrationem, quam e rudi illa materiae ipse efformavit suoque modo exornavit.

Jam ad bina Matthaei capita quod attinet, et si in iis minus, forsitan luculenter quam in Lucae narratione auctoris vestigia se prodant, insunt tamen ipsis quoque indicia nonnulla, quae tantum fane valent, ut eundem auctorem et haec capita et reliquam Evangelii partem exarasse, facilius nobis persuaderi

patia-

patiamur, nec contrariae sententiae assensum praebemus, donec ad eam stabiliendam ac vindicandam testimonia aut argumenta proferantur, iis quae supra examinavimus multo firmiora. Nempe cuique, bina illa capita (in quibus nec angeli vigilantibus apparent, nec declamando animi sui sensa homines in scenam quasi producti cum lectoribus communicant,) intenta mentis acie perscrutanti, ultro in oculos incurrit, auctorem cum oraculorum propheticorum crebris allegationibus et ad Jesum Messiam applicationibus qualibuscunque vehementer delectatum fuisse, (cap. 1, 22. cap. 2, 5. 15. 17. 23.) tum alte menti infixam habuisse opinionem, per somnum, *κατ' ὄντας* (cap. 1, 20. cap. 2, 12. 13. 19. 22.) homines frequenter a provido Numine, quid facere quidve cavere debeant, admoneri. Utrumque hoc indicium optime in Matthaeum Evangelistam quadrat. Hic enim, ut inter omnes constat, multo quam caeteri Evangeliorum auctores saepius ad veterum vatum carmina provocavit, eaque de Christi sive fatis sive rebus gestis utcunque, pro hermeneutices istius aevi conditione, interpretatus est. Sed et frequentes *Χριστιανοὶ κατ' ὄντας* Mattheo apprime convenire videntur. Hic sane solus in passionis Dominicae historia (Matth. 27, 19.) refert, Pilati uxorem marito, jamjam capitalem in Jesum sententiam e tribunalilatu, nuntiari curasse, multa se hujus infontis hominis causa hac ipsa nocte perpetram esse KAT' ONAP. Quod vocabulum, a nullo alio Novi Testamenti scriptore usurpatum, nec in septuagintavirali versione uspiam occurrens, apud solum Matthaeum, et quidem sexies, legitur. At dissimulare hic non licet, fuisse, qui hunc

hunc ipsum quoque Matthaei locum de praefidis romani conjugi, tametsi in omnibus codicibus manu scriptis et versionibus veteribus absque ulla notabili varietate legitur, redit et suspectum reddere studerent*). Sed rationibus intinxuntur, ad obtinendum id, quod volunt, nequitiam sufficientibus. Observavit quidem Origenes**), Celsus mentionem non injecisse somni, quo ad intercedendum apud maritum suum pro insonte captivo permota fuerit foemina illa. Sed permulta hujus silentii causae excogitari facile possunt. Origenes sane, consulto testimonium nobilis matronae de Christi innocentia celasse (*ένων παρεπεμψάτο*) conjectit adversarium Christianorum infissimum. — Praeterea haud negamus, contextam orationem aptius cohaerere, si versiculus ille 19, qui narrationis filum quodammodo disrumpit, juguletur atque extrudatur. Ulro potius largimur, magis congruo loco collocari potuisse narrationem de somnio, nempe ante versum 15 vel post comma 23. Verum tamen duplice modo defendi potest ordo, quem Matthaeus tenuit. Primo enim non videmus quid obstat, quominus nuntii ab uxore missi hoc ipso temporis momento, quod narrationis ordo supponit, advenisse credantur; quo admisso, Matthaeus, chronologiam rerum gestarum seriem religiose servans, immrito vituperaretur. Deinde vero comma 18 occasione etiam praebere Mattheo potuit, commemorandae hoc ipso loco historiolae de somnio foeminae.

Scili-

*). Vid. Eichhorniani Repertorii, biblica et orientalium literatura in servientis, tom. 9. pag. 159. et 155.

**). Libro 2. contra Celsum, Opp. tom. 1. pag. 415.

Scilicet versu 18 monuerat Evangelista, Pilatum probe cognitum ac compertum habuisse, accusatum esse Iesum unice δια Φθονον των ιουδαιων. Atque huic mariti judicio de Christo, satis honorifico, commode addi posse putavit, hominis quoque *conjugem* de innocentia Jesu fuisse persuasam. — Tandem infistas ire nolumus, narrationem de somnio posse primo obtutu incredibilem videri et fabulosam; sed re cura, tius expensa, nihil ei inesse deprehenderemus, quod vero sit dissimile aut repugnans. Nam sumere omnino licet, praesidis conjugi non prorsus ignotum esse potuisse virum, qui dudum per omnium ora ferretur, cuius prodigiosa facta ad Herodis quoque aures pervenisse scimus, et qui nuperrime, numerosa comitante caterva, triumphali paene pompa urbem ingressus esset. Nec absonta est conjectura, audivisse eam de Sy nedrii (quod multis de causis praesidis conjungi exossum esse poterat) capitali in istum virum odio et de nefarioris machinationibus, quibus Iudeorum proceres judicem paene invitum eo abripere vellent, ut mortis sententiam in hominem innocentem pronuntiaret. Quid igitur? si callida mulier somnium confinxit ominosum, ut hoc praetextu apud maritum, quem in vicino λιθοστρητῳ importunis Iudeorum clamoribus obtundi rescivisset, pro Jesu deprecaretur, judicemque admonereret, ut ea qua pollebat auctoritate uteretur ad coercendos homines sanguinem innocui viri sipientes. Quin, ne opus quidem est, ut confitum fuisse somnium statuamus. Vere de periculis Jesu imminentibus somniare potuit foemina. Nam procul omeni dubio audiverat praecedente jam noctem illam vespera, quasnam technas adversus prophetam

Nazae.

Nazarenum struerent Iudeorum proceres. Profecto enim inscio praefide, tum in urbe praesentē, fieri non potuit, ut extra urbis portas militaris manus ablegaretur, quae Jesum comprehenderet vinctumque adduceret. Si enim romanos milites adhibitos fuisse existimes, ultro patet, his, sine praefidis praesoitu, Synedrii iussa exequi haud licuisse. Sin vero σπειραν et χλιαρχον, qui una cum sacerdotum ὑπηρεταις Jesum adorti sunt, Jo. 18, 3, 12, de Levitarum, excubias quotidie in templi atriis agentium, cohorte et de στρατηγω του ιησου interpretari malis, tamen nisi in rei militaris constitutione hospes plane sis, concedere horum quidem ex urbe in agrum excursitationem latere praesidem in urbe degentem potuisse. Quodsi vero Iudeorum adversus Jesum consilia sanguinolenta praefidi vespere jam patefacta fuerant, hujus conjugem insequente nocte eadem de re somniali, quis valde miretur, aut narrationem de tali somnio fidem superare, nec a Mattheo in literas referri potuisse, putet?

Caeterum, ut e diverticulo ad propositam nobis de primis Matthei capitibus quaestionem revertamur, utrumque Evangelistam, Matth. 1 et Luc. 3, genealogiam ita commentariis suis adjecisse, prout eam e domesticis scribiis cognatorum Josephi aut Mariae accepisset, ac consequenter errores, si quis forte in adornanda alterutra tabula genealogica commissi esse videantur non Mattheo aut Luciae, sed ignotis harum βιβλων γενεσεως Ιησου anctoribus imputandos esse, jam quidem supra innuimus. Addere autem hic juvabit, tantum abesse, ut difficultates e genealogiarum dissensu exortae, alterutrius

authen-

authentiam suspectam reddere queant, ut potius haec ipsa *έπιστοφρεία* novum argumentum ad vindicandam utramque suppediare possit. Nimirum inde a primis seculis in conciliandis genealogiis tantopere dissonantibus omni virium intentione elaborarunt Christianorum doctissimi. Non solum Iulius Africanus, sed et ipse testatur *) jam ante eum alii, adeoque secundi saeculi scriptores, diversas tentarunt vias, quae exitum ex isto labyrinto pollicerentur tantopere desideratum. Omnes autem in gordio nodo variis exhibitis artibus solvendo misere se torserunt; nemo animum induxit, ense cum dissecare: quod profectio facilissimum fuisse ac uniuersique ultra in mentem venire et cupide a quoque arripi debuisse, si vel fando audisset, alterutrius genealogiae originem ac authentiam dubiam esse et controversam. Accedit, Clementem alexandrinum **) testari, e vetustiorum presbyterorum (secundi saeculi hominum) traditione didicisse se, ea Evangelia, quae Christi genealogias exhibent, quoad scriptoris tempus reliquis esse anteponenda. Ergo utramque genealogiam in Evangeliorum codicibus repererant isti presbyteri. Taceo Celsum, acerrimum Christianorum adversarium, cui prima Matthaei capita neutiquam incognita fuere ***),

*) Apud Eusebium hist. eccl. L. 1. cap. 7.

**) Apud Euseb. L. 6. c. p. 14.

***) Teste Origene (contra Celsum Libr. 2. §. 32. Orig. Opp. tom. 1. pag. 413.) Celsus „nimis insolenter, ait, τεις γνεαλογούστας τοι Πάτους από του πρωτευ Ουντος (Adamo, Lnc. 3) καὶ ταῦ ἐν ιουδαιοῖς βασιλεώς“ (Matth. 1.). Idem (ibid. L. 1. §. 66. p. 380.) Jesum quasi

et Justinum Martyrem, aut quemcumque dialogi cum Tryphone auctorem statuere malis, qui propheta, oracula, Matth. 2, 6 et 18, laudata, ad eosdem eventus accommodat et piisdem omnino, quibus apud Matthaeum descripta leguntur, verbis excitat, quamquam in hebraico textu aequa ac in graeca των ὁ translatione nrumque oraculum ab istis allegationibus, ab verbum inter se concordantibus, admodum discrepet; et quo consensu in disensu (ut si oīnīl εἰσεῖται αὐτοῖς εἰσεῖται εἰσεῖται αἴλια, μάτην τούτην ποιεῖται εἰσεῖται εἰσεῖται εἴτε οἷς εἴτε οἷς οὐρανοῦ, κελευσθεῖσι τοῖς σείσι οὐκεῖσι Θεοῖς. (Matth. 2, 15.) . . . Dein δέος οὐδὲ δικαίωσις μισθεῖται." (Matth. 1, 20, 2, 12.) Alibi etiam (I. 5. §. 58; p. 622.) testatur Origenes, Celsum commemorasse τὸ πέρι τῆς Μαρίας χρονούς ἐλληνιστικαὶ πρὸς τὸν Ἰησοῦν ἀγγελον (Matth. 1, 20.) καὶ παλιν, ὑπὲρ τοῦ τοῦ Βοσφόρου γεννθεῖ καὶ ἐπιβουλευομένου ἔξαπτασσατας Θεοὺς εἰς Αἰγαύπτον (Matth. 2, 15.) Praeterea Origenes (L. 1. §. 34. p. 352.) tradit, Celsum multa εις Matthaei Evangelio commemorans, velut τοις φίλοις λατεσταὶ ποστεραὶ ἐπὶ τῇ γενεσεῖ τοῦ Ἰησοῦ. Sed mox (§. 58. p. 373) ὁ παρὰ τῷ Κελσῷ, inquit, ιούδαιος ἄρτι ταῦτα εἰ τῷ εὐχαριστίᾳ Μαγῶν, Matth. 2, 1. Χαλδαιοὺς φησιν ὑπὸ τοῦ Ἰησοῦ λειχθαῖς γεννθεῖτας ἐπὶ τῇ γενεσεῖ αὐτοῦ ἐλλαζεῖσι, προσκυνηταὶς αὐτοῖς, εἰτε νηπίον. ὡς θεοί (Matth. 2, 11.) καὶ Ἡρῷοι τὰ τετελεχτὰ τούτῳ δεδηλωμένοι (Matth. 2, 3.) τούτοις πειψανταὶ πτοκτείνοντας εἰ τῷ αὐτῷ χρονῷ γεγενημένους (Matth. 2, 16.) κ. τ. λ. sed addit. Origenes, nescire se, cur Celsus τὸ μνηστήριον τοὺς Μαγούς (scilicet αστερού) σεσιωπῆκε. Nempe alio loco stellae mentionem fecisse Celsus, alio autem loco non disertis verbis dixisse videtur. Stellam fuisse id, quod magos ad suscipiendum iter permoverat. Id vitio ei hic vertit Origenes.

alia indicia mittamus,) liquido apparet, secundum Matthaei caput a dialogi auctore lectum omnino suisse. Sed nolumus Celsi et Justini testimonia pertinacius urgere, quoniam suspiciari (licet non probare) aliquis posset, usurpasse viros istos non Matthaeum nostrum, sed incerti auctoris libellum singularem, nativitatis Jesu historiam complecentem, et postea demum Matthaei Evangelio adjunctum. Nec operam dare lubet excusando patrum, quos apostolicos vocare solent, silentio de his, quae hisce capitibus continentur; admodum enim exigua est multis de causis istorum scriptorum auctoritas. Tandem neque ad Irenaeum et Tertullianum provocare opus est, cum nemo ignoret, Matthaei codicibus usos eos esse, qui priora etiam Evangelii capita complectenterentur.

Jam si omnia, quae partim explicatius expusimus, partim in transcursu tantum attigimus, mente simul complecti velis, assensum, ut speramus, labens nobis praebebis, affirmantibus, a) extra omnem dubitationis aleam positum esse, graecum Matthaei Evangelium binis de quibus disputamus capitibus nunquam carnisse; b) validis argumentis evinci non posse, extitisse olim aliud Evangelium, graeci nostri velut fontem, a quo capita ista abfuerint; c) admodum probable esse, Matthaeum capitum illorum verum suisse auctorem, excepta tamen genealogia, quam, communiciatam ab aliis, libello suo praefigere voluit.

Com-

COMMENTARIVS CRITICVS

IN

TEXTVM GRAECVM

EVANGELII MARCI.

Partic. II.

E

CONFUSIONIS CHILICAS

THEATRUM CRYSTALLOM

EYANOTERI MALLCT.

Marc. I. 1. sq. Ἀρχὴ του εὐαγγελίου ἵησου χρι-
στού, υἱοῦ του Θεοῦ, ὡς γεγραπται . . . τας τρι-
βους αὐτοῦ. Ἐγένετο ἰωάννης κ. τ. λ. Sic non-
nulli; sed rectius alii: Ἀρχὴ του εὐαγγελίου ἵησου
χριστού, υἱοῦ του Θεοῦ. Ὡς γεγραπται . . .
τας τριβους αὐτοῦ. ἐγένετο ἰωάννης κ. τ. λ.
Comma 2 referendum est ad comma 4, hoc mo-
do: nuntius, ad praeparandas Domino vias mis-
sus et alta voce in deserto clamans, qualem Je-
faias descripsit, talis igitur nuntius prodiit in de-
ferto, Joannes etc. plane ut, inverso tantum or-
dine. Lucas habet: ἐγένετο ἥρμα Θεου ἐπι ἰω-
αννου . . . και ἦλθεν . . . εἰς ἀφεσιν ἀμαρτιῶν
ὡς γεγραπται κ. τ. λ.

Vl. 2. Loco ἐν τοις προφηταις scribendum est ἐν
ἥσαις τῷ προφῆτῃ. Sic enim (hoc tantum admissio
discrimine, ut alii ἥσαις alii τῷ ἥσαις legant.)
habent BDL. 1. 33. cum aliis 16. et versionibus
vetustis omnibus, (si aethiopicam, slavonicam et
arabicam in editione romana et waltoniana exprel-
sam, quae omnes minoris momenti sunt, et fabi-
dicam, hoc loco hiantem, excipias,) ac patribus

tam graecis quam latinis antiquissimis, inter quos
 commemorari potissimum merentur Origenes,
 quater locum sic excitans, Eusebius, licet lectio-
 nem improbans et librarii negligentiae attribuens,
 Irenaeus, non tantum in latina operum versione
 sed in græci etiam textus fragmentis, Basilius et
 Hieronymus. E testium horum consensu liquido
 apparet, lectionem hanc primitus cunctis textus
 sacri recensionibus antiquioribus communem fuisse.
 Ac si nonnulli eorum, qui pro nostra lectione mi-
 litant, velut coptica et philoxeniana versiones,
 non satis sibi confidere videntur, et in diversis ex-
 emplaribus variant, dubitare tamen non licet,
 eam esse primitivam horum etiam testium lectio-
 nem, quæ cum lectione proxime cognatorum
 concinit, discrepantem autem ab hac aliunde esse
 invectam. Nec inconstantiam Victoris aliorumque
 scholiastarum, quales in codicibus Clarissimi
 Matthæi a. d. e. aliisque reperiuntur, qui mox ἐν
 Ἰσαΐᾳ τῷ προφητῇ mox ἐν τοῖς προφηταῖς exhibent,
 quisquam mirabitur, qui reputare secum velit,
 hujusmodi scholiorum compilatores notationes
 suas plerumque conquisiſſe ac saepe verbatim
 transcripsiſſe e pluribus commentatoribus ante-
 rioribus, qui diversi sacri textus ἐνδοcessi usi fue-
 rānt; e quo fonte uti discordantium interpretatio-
 num commixtio, ita etiam in allegandis textus
 verbis variatio promanavit. Non eadem quidem,
 at non multum tamen abſimilis est ratio allegatio-
 num Irenæi. Hic semel, ut diximus, graece et
 latine habet ἐν Ἰσαΐᾳ τῷ προφητῇ; verum alibi
 latinus ejus interpres bis habet: *in prophetis*, ac

græc.

gracium etiam scholion, assertum in Cl. Matthei codice e. ex Irenaeo profert. $\epsilon\nu\tauοις\piροφηταις$ eo ipso in loco, ubi in aliis scholiorum libris legitur $\epsilon\nu\etaσαις\tauω\piροφητη$. Sed a) quod ad hocce scholion attinet, credibile est, scribam, qui codicem Mt. e. exaravit, scholion accommodasse ad textum sacrum; in eodem codice $\epsilon\nu\tauοις\piροφηταις$ exhibentem; quamobrem alii eorumdem scholiorum codices, qui licet in contextu vulgare $\epsilon\nu\tauοις\piροφηταις$ haberent, tamen in scholio ex Irenaeo petito $\epsilon\nu\etaσαις\tauω\piροφητη$ re praesenterunt, genninam scholii lectionem incorruptam servasse videntur. Nec b) binoram Irenaei locorum latine tantum superstitum discrepantia a priore illo loco, quem graece aequa latine hodiendum legimus, nobis obstat. Nam si vel maxime graecum Irenaei textum fideliter ab interprete in latinum sermonem conversum esse concedamus, contra etiam tu largiri nobis debabis, improbatne neutiquam esse, Irenaeum ipsum, qui prophetica oracula nostro loco non e solo Jesaia sed partim quidem e Jesaia partim vero etiam e Malachia decerpta esse hand ignoraret, semel quidem Marci textum curate ad verbum decripsisse, alibi vero eundem liberius et ad rem, ut videtur, accommodatius expressisse ac $\epsilon\nu\etaσαις\tauω\piροφητη$, quod difficultate non careret, in $\epsilon\nu\tauοις\piροφηταις$, nulla obscuritate laborans, communississe. — Quae omnia rite qui perpendere valuebit, fatebitur, tot testium antiquorum, insignium et e diversis familiis oriundorum, auctoritate fatis firmiter inniti lectionem, quam descendimus. Sed ad

ad alium adhuc ejus vindicem, eundemque longe gravissimum, provocare possumus, ad Porphyrium scilicet, notissimum illum et acerrimum Christianorum adversarium, quem sacros ipsorum libros interdum criticis adeo argumentis impugnasse scimus. Hic, pro more suo, Marcum et Christianos propterea vituperavit, quod nostro loco imperite Jesaiæ attribuerentur, quae alium haberent auctorem. Ad telum hoc avertendum varia adhibita fuere artificia. Nonnulli interpretando subvenire Marco studuerunt, alii lectionem a Porphyrio in medium prolatam et exagitatam negarunt genuinam esse, et Jesaiæ nomen vitio scribarum additum fuisse contulerunt. Hic vi-des vel ipsa incunabula lectionis vulgaris, vel causam saltim, propter quam ea tam studiose arrepta et longe lateque propagata fuerit. Verum simul intelligis quoque, vana nobis commenta narrasse, qui lectionis ἐν ἡστίᾳ τῷ προφῆτῃ ortum e codicibus vel ab Origene vel e scholiis antiquis interpolatis repeterent. Quis enim libro sic corrupto Porphyrium, Origenis sive coaevum, jam usum esse credat? Quocrum praeterea possumus, quaenam causa impellere potuerit Origenem, ut textum facillimum temere mutando redderet admodum impeditum et speciosis objectionibus obnoxium? Tandem fatemur quidem, nonnullos e codicibus, ἐν ἡστίᾳ τῷ προφῆτῃ exhibentibus, scholia esse instructos; sed tantum abest, ut eam ob rem suspecta nobis videri debeat ista lectio, ut potius hac ipsa lectione et aliis similibus non paucis valde se nobis commendet hoc codicum genus,

nus, quod, quamquam non ab omni corruptionis labo immune, saepe lectiones praeclaras servavit, paucis quidem sed antiquissimis auctoritatibus suffultas, et interna etiam bonitate excellentes, quas in vulgaribus libris frustra quaeres. — Caeterum explicatu difficile non est, quo acciderit modo, ut solum Jefaiam nominaret Marcus, et si verba ab ipso laudata e Malachiae oraculo et Jefaiae carmine essent conflata. Nempe Evangelista, ut solet, parallelos Matthaei (cap. 3, 5.) et Lucae (cap. 5, 4.) locos ante oculos positos habuit, in quibus cum propheticum dictum sub Jefaiae nomine prolatum reperiret, animum induxit ut in suum etiam commentariolum eundem locum propheticum, laudato itidem vatis nomine, transferret; cui rei cum intentus esset, ac fortasse jam scripisset ὡς γεγραπται ἐν Ἰησαῖα τῷ προφήτῃ, in mentem ei venit aliud oraculum similis fere argumenti, ad quod Jesum ipsum in tractanda eadem de Joanne baptista materia provocasse, testibus Matthaeo cap. 11, 10. et Luca cap. 7, 27., meminerat. Itaque nec alterum hocce oraculum intactum relinquere voluit. Cum vero verba ab ipso laudata nec cum hebraico Malachiae textu, neque cum graeca τῶν ὁδῶν versione, sed exactissime cum Matthaei et Lucae allegatione consentiant, probabile est, eum non ex ipsis prophetae fontibus sed ex istorum Evangelistarum rivulis hausisse, in quibus cum vatis nomen indicatum sit nullum, suspicari licet, Marcum vel recordatum non esse, quisnam carminis auctor esset, vel facili memoriae lapsu sibi persuasisse, ab eodem auctore qui alte-

alterum protulerat, hoc quoque fuisse prefectum.
Atque sic evenisse videtur, ut oraculum, quod
Marcus ut ita dicam ἀντιγραφον reperilleret, quod-
que obiter tantum in transcurso atingere vellet,
cum Iesaiano quasi coalesceret et sub Iesaiæ no-
mine proferretur.

Ibid. in fine commentis post την ὁδὸν τοῦ textus vul-
garis addit ἐμπροσθετον, quod Matthæus etiam
cap. 11, 10. ac Lucas cap. 7, 27. in suis Ma-
lachiæ dicti allegationibus habent. Quare cum
Marcus, ut modo monebamus, ex illis Evange-
listis oraculum hoc mutuatus esse videatur, spe-
ciose dicere posse, cum verba quoque ἐμπροσθετον
τοῦ una cum caeteris inde accepisse, recurrentem
autem vocationem τοῦ occasionem praebuisse, ut ea
e codicibus nonnullis exciderent. Sed in pra-
termittendis illis verbis, quae e Matthæo et Lu-
ca irrepere facile poterant, tam vetusti codices,
interpretes et patres, diversas textus recensiones
repraesentantes, conspirant, ut e textu eliminanda
ea esse censeamus. Sic ut judicemus, moveat nos
in primis codicim latinae versionis antehierony-
mianaæ antiquissimorum et cantabrigiensis libri
consensu. cum Origene, diligitis verbis testante,
Mareum haec non adsecisse. Sed hic ipse Origenis
locus dubius et in Operam ejus editione corru-
ptus est; id quod viros doctos nonnullos decepit,
ut Origeni sententiam, menti ipsius profus re-
pugnantem, obirriterent. Placeat igitur, quae ea
de re olim in dissertatione de codicibus Evange-
liorum Origenianis pag. 42. scripimus, qui li-
bellus

bellus paucis lectoribus ad manus jam erit, hic
repetere. „Origenis tomō 6 in Joannem §. 14.
comparatur Marc. 1, 2. cum Mal. 3, 1. Si Hue-
tium atque Benedictinos editores audimus, verba
ἐμπροσθεν του a Marco addita suisse putavit Ori-
genes. Verum corrupta quorundam codicium lec-
tio fecerunt editores aequae ac interpretem latinum,
Ferrarium. Verba Origenis ex editione Ruzeorum
haec sunt: Ὁπερ ἐπιτομη ὁ Ἰωάννης cap. 1, 23.
Ἐπιτεμομένος ὁ παρεθέτο γένος, Εἰ. 40, 5. τούτῳ
ἐπ' ἀλλη λεξεώς ὁ Μαρκός και αὐτὸς ἔιεφηνεν ὁ
μεν γαρ προφῆτης Φητιν — τας τριβους του Θεου
ὑμῶν ὁ εε Μαρκος — τας τριβους αὐτου. την
δε ὄμοιν ἐπιτομην πεποιηται και ἐπι του —
καταπενεσει την ὄδου σου ἐμπροσθεν του. παρεθε-
το (lege ὉΤ παρεθέτο, post του excidit ου) γαρ
το προκειμενον το· ἐμπροσθεν του. Emendatio-
nem Origeniani textus a nobis hic propositam
tuentur non solum codices commentariorum Ori-
genianorum Bodleianus et Barberinus, qui parti-
culam negantem retinuerunt, sed etiam contex-
tus verborum, negationem postulans. Si enim
verba ἐμπροσθεν του a Marco addita esse indicare
voluisset Adamantius, ἐπιτομη hoc loco Evan-
gelistam fecisse nullo modo dicere potuisset. Imo
totus in hoc est, ut ostendat, Evangelistas non
nunquam in compendium redigisse oracula propheta-
rum. Praeterea in praefatione commentarii in
Joannem §. 14. p. 15. et tomo 6 ejusdem com-
mentarii §. 14. p. 126. A. eundem hunc Marci lo-
cum recitans, το· ἐμπροσθεν του itidem omittit.
— Bene observarat Grabius in animadversionibus
fuis

suis in Irenaei libr. 3. cap. 10. (al. 11.) verba illa
 (quae etiam ab Irenaei interprete neglecta fuere,) in codice Origenis non extitisse; sed locum istum commentariorum Origenianorum, de cuius vera lectione disputamus, parum probabili interpretatione consentientem suae nostraeque sententiae reddere conatus est. Scilicet verba: παρεστο το προκειμενον το ἐμπροσθεν του de Malachia intelligenda esse putavit, orationis συναφεια manifesto repugnante. Caeterum non ignoro, tomo 6.
 in Joh. §. 14. p. 125. E. addi το ἐμπροσθεν του: sed editoris, Ruagi junioris, negligentia id irreplisse, nullus dubito. Nam in editione Huetii omittitur, nec indicavit Ruaeus codices manuscriptos, ad quorum fidem textum Huetianum mutaverit. — Semel tamen, nempe contra Celsum libro 2. §. 4., posuit Origenes ἐμπροσθεν του. Sed tum vel alio codice, sive in textu sive in margine e Vet. Test. (aut etiam e Matth. 11. secundum Luc. 7.) interpolato, usus est, vel memoriter (confusis trium Evangelistarum ejusdem oraculi allegationibus) locum excitavit. Ibidem certe post ἀγκη του εὐαγγελου addidit etiam ημων, quod nemo facile in codice Origeniano extitisse dixerit. — Neque Victoris Antiocheni me movet auctoritas, ut Origenem in suo codice ἐμπροσθεν του reperisse credam. Victor quidem in Biblioth. Patrum max. tom. 4. p. 370: Ut Marcus, inquit, compendiū gratia duas prophetias conflavit in unam, ita, ut Origeni placet, loco illi Malachiae: ecce ego mittō angelum etc. illud: ante te vel ante faciem tuam adjectit. Sed hinc nihil efficitur, quam Victorem

rem corrupto tomorum Origenianorum exemplari usum esse; id quod corruptionis antiquitatem, non vero lectionis bonitatem evincit." Haec scripsoram ante triginta hos annos, cum latina tantum commentarii Victoriani versio typis extaret excusa. Nunc vero graecus etiam ejusdem textus, e codice manuscripto cum tribus aliis collato, studio Clariss. Matthaei, Mosquae 1775. prodiit, in quo longe alia quam in latina ista metaphrasii leguntur. Nempe loco verborum, latine modo a nobis excitatorum, graece haec habentur: ἐπιτεμνομένος οὐν ὁ εὐαγγελιστής, ὡς ὑπὸ ήσταιού εἰρηνευεις τας δυο χρησεις παρεθηκε. την δε ὄμοιαν ἐπιτομην πεποιηται και ἐπι του· ίδου ἐγω αποστελλω τον ἀγγελον μου προ προσωπου σου, ὃς ικατησιευσει την ὁδον σου· το ἐμπροσθεν σου παρασιωπησας. Και ἐν ἀλλοις δε, ου μονον αὐτος, ἀλλα και οι ἀλλοι εὐαγγελισται ὄμοιως ποιουσιν, ἐπιτεμνομενοι τας προφητικας ἥσεις. Quae apud Victorem proxime locum hunc praecedunt, ad verbum fere descripta sunt ex Origenis ^{tom. 6} in Joannem §. 14. p. 126. A et B. Ipse autem hic locus Victorianus, cum graece tum latine a nobis exhibitus, sensum utcunque exprimit eorum, quae apud Origenem eadem pagina, B et C, sequuntur, et a nobis etiam paulo ante graece transcripta sunt. Jam si latinam Victoris metaphrasim, a Theodoro Peltano Societatis Jesu theologo confectam, cum graeca editione a Celeb. Matthaei procurata, et utramque cum Origenis loco comparamus, deprehendimus, 1) graecos Victoris codices confirmare istud ΟΤ παρεθεστο το προκειμενον

τοι εμπροσθεν τους, quod Origeni vindicavimus; huic enim aequipollit Victorianum: το εμπροσθεν τοι παρασιωπητας; deinde vero patet etiam 2) Peltanum consentire cum vitiosa lectione Ru-aei: παρεθετο (loco ου παρεστο), et magis ad-huc cum Latino tomorum Origenis interprete, Ferrario. Nimirum Peltanus habet: „illud ante te vel ante faciem tuam ADIEGIT (Marcus,) siquidem in prophetae contextu isthaec non legun-
tur;“ Ferrarius autem: „ADDENS, ante te, quod positum non fuerat a propheta.“ Sed ad-ditamenta ista latina: „in prophetae contextu Haec non leguntur;“ seu: „positum hoc non fue-
rat a propheta;“ a græcis tam Origenis quam Victoris codicibus, qui utrinque auctoris meta-
phrasibus latinis praferri sine dubio debent, pror-
fus absunt. Quae omnia si æqua lance trati-
nemus, pronuntiare non dubitabimus, Origenem
non legisse illud εμπροσθεν του. Atqui cum Ori-
genes concinunt BL (item F, C autem mutilus
et 102. Copt. Aeth., hoc est, alexandrinorum
praestantissimi. Eandem vero lectionem tuerunt
etiam occidentales potiores, scilicet D, Italae co-
dices insigniores, Syra hierosol., Irenæi interpres,
Hier. et Aug. Consentientibus ergo alexandrinis
et occidentalibus, ac calculum suum adjiciente
Syro quoque interprete, lectionem breviorem et
a similibus Matthæi et Lucae locis dissonantem,
genuinis annumeramus.

Vf. 16. Si recensum codicum, vel αδελφον του σι-
μωνος vel αδελφον αυτου του σιμωνος legentium
insti-

instituimus, manifestum sit, per paucos esse, qui vulgari ἀδελφοὶ αὐτοῦ patrocinentur, et inter hos, praeter cantabrigensem, nullum reperiri ex insignioribus. Vix igitur pro genuino haberi potest, sed e Matthaei 4, 18. aut alijs locis similibus, velut Matth. 10, 2. Luc. 6, 14. irreprobabile viderur. Verum nec ἀδελφοὶ αὐτοῦ τοις σιμωνεσ προβαρ possumus, quippe quod εἰ reliquis duabus lectiōnib⁹ constatum est, ac unice juniorum testimoniū fide, quales sunt EPHRS mosq. V. cacterique gregarii libri cum Goth. Syr. philox. et Slavon. fulcitur. Restat igitur ἀδελφοὶ τοις σιμωνος, quod vetusti ac boni codices, nec non Copt. Arm. et unus alterve Italae liber commendant. Mutatum autem fuit in ἀδελφοὶ αὐτοῦ, facile εἰ Matthaeo hoc traductum, quia repetitio nominis σιμωνεσ et supervacanea esse et aures offendere videbatur.

Vf. 27. Τί ἐστι τούτῳ; τις οὐ διδαχη ἡ οντινή αὐτη; οτικαπηλέξουσαι και ταις πνευμασι τοις ακαθαρτοις ἐπικαρποτι, και ὑπακοουσιν αὐτῷ. Locus corruptus, ni fallimur, cuius lectio nativa, in nullo hodie superflues codice, difficulter ad liquidum perduci poterit. Unicuiusque certum est, Marcum, qui in tota hac pericopā cap. 1, 21 — 28, vestigiis Lucae cap. 4, 31 — 37, proesse insuffit, nebris istis idem dicere voluisse, quod apud Lucam vſ. 36. legitur: τις ὁ λαος αὐτος; οτι ἐν ἔξυπναι και δυναις ἐπιτασσει τοις ακαθαρτοις πνευματι, και ἐξερχονται. Atqui phrasis a Lora usurpatas τις ὁ λαος αὐτος; ambigua est. Ex hebraica loquendi consuetudine significare potest vel: τι ἐστι τούτῳ;

vel

vel etiam: τις ἡ διδαχη αὐτη; Mirum autem est, duas ejusdem phraseos explanationes in Marci textu extare conjunctas: τι ἐστι τοῦτο; τις ἡ διδαχη ἡ καινη αὐτη; Ex nostro quidem sensu Evangelista non utrumque, sed alterutrum scripsit; imo fieri vix potuit, ut ambas interpretationes in unum sic confareret. Inquitendum igitur est, utra Marci esse videatur, utra aliunde inventa? Quod ut rite dijudicari queat, tenenda sunt quae sequuntur: 1) Nullus extat codex, nec ulla versio, quin mentionem faciat της διδαχης; contra vero τι ἐστι τοῦτο abest non solum a vetustissimis occidentalibus, sed etiam a versionibus arabicis et armenica, et ab Evangelistariis nonnullis, non raro antiquas et bonas lectiones exhibentibus, ac hoc quidem loco eo minus inspectis, quod omissione verborum: τι ἐστι τοῦτο, non ad ea referri potest via, quae Lectionariis peculiaria esse aut in his primum oriri solent. 2) Ti ἐστι τοῦτο, ὅτι τοις πνευμασι ἐπιτασσει; multo magis glossema sapit, quam subobscurum et explicatu difficile: τις ἡ διδαχη ἡ καινη αὐτη, ὅτι τοις πνευμασι ἐπιτασσει; non istud, sed hoc interpretamento occasionem praebebat. 3) Cum in eadem pericopa Lucas (cap. 4, 32.) λογος usurpasset pro διδαχη, et Marcus isto loco verba Lucae: ἐν ἐξουσιᾳ ἡν δ λογος αὐτου, fatis commode reddidisset: ἡν διδασκων αὐτους ὡς ἐξουσιαν ἔχων, in eam facile opinionem deduci Marcus potuit, nostro quoque completo sensu verborum: τις ὁ λογος οὗτος, ὅτι ἐν ἐξουσιᾳ ἐπιτασσει, recte sic exprimi posse: τις ἡ διδαχη ἡ καινη αὐτη, ὅτι κατ' ἐξουσιαν ἐπιτασ-

σει.

— Quae omnia cum ita sint, conficimus, omisso;
τι εστι τούτο; retinendum esse in textu: *τις ή δι-*
δαχη η. τ. ε.

Cap. II, 17. Verba *εἰς μετανοίαν* e textu exclu-
denda esse censemus, auctoritate antiquiorum et
praefrantiorum codicum graecorum e diversissimis
familis oriundorum et cum omnis generis versio-
nibus vetus consentientium. Vide quae de hac
lectionis varietate ad locum nostro parallelum,
in vulgaribus libris simili ratione interpolatum,
Math. 9, 13. disputavimus. Ut in Matthaeum
ita in Marcum quoque irrepit additamentum hoc
e Luc. 5, 32. et ex Evangelistariis e Luca corrup-
tis. Hoc enim Marci commate sinitur praelectio
ecclesiastica verbis: *οὐκ ἡλθον παλεσταὶ δικαιους,*
ἄλλα ἀμαρτωλοὺς εἰς μετανοίαν. Hinc etiam
plerique codices textus perpetui, qui paelectio-
num publicarum initia et fines adpositis vocabulis
ἀρχή et *τέλος* notare solent, post *μετανοίαν* de-
mum adscriptam habent siglam *τε.* Verum primi-
tus ne Evangelistaria quidem agnoscisse istud *εἰς*
μετανοίαν, testem habemus codicem mosquensem
seculo octavo charactere majusculo exaratum, in
editione Matthaeiana litera V, in Weisseniana au-
tem numero 87 insignitum. Hic enim liber, per-
petuum (ut vulgo aiunt) textum exhibens, jam
post *ἀμαρτωλοὺς* et ante *εἰς μετανοίαν* (quod ipse
tamen habet,) interponit siglam *τε.* anagnosma-
tis finem significantem; indicio manifesto, nota
fuisse librario Evangelistaria, admodum laxe ve-
tusta, in quibus *το· εἰς μετανοίαν* clausulae lectio-

nis

nis adfutum nondum fuerat. In omnia autem, quotquot curatins examinata sunt, sequioris aevi lectionaria, utut satis vetusta et ipsa, irrepsit aditamentum istud e Luca, e quo similiter aliud anagnosma depromtum fuerat, quod terminabatur verbis: οὐκ ἐγνωσθε παντες δικαιου, οὐλοὶ ἀμαρτωλοι εἰς μετανοιαν. Tandem ex interpolatis lectionariis corruptio propagata fuit in plerosque perpetuii textus codices vulgares. Temere vero putabant nonnulli, εἰς μεταρχην primum in scholiis graecis neglectum, ac deinceps hanc ipsam ob causam in Novi Testamenti codicibus, textum Icholiis illis circumdatum exhibentibus, jugndatum, atque sic in aliis quoque five graecis libris manuscriptis five versionibus omisum fuisse. Ulro fatemur, inter codices verba controversa omitentes reperiri nonnullos Icholiis instructos. Sed negamus, a textu ea abesse propterea quod in scholiis non attinguntur; imo potius in scholiis hand explicata esse aqumamus, quia scholiastes in suo textu ea noh invenit. Facile quilibet intelliget, quomodo scholia textui ipsis stipato velut praesidi loco inservire, eumque suo comitatu contra nonnulla corruptionis genera quali praemunire potuerint. Ac innumeris profecto locis codices Icholiis instructos cum antiquissimis ac optimis et libris et versionibus concinere videmus, ubi ingens caterva caelerorum juniorum librorum ab ipsis diffonat. Sed tantum abest ut hoc five codices scholiis ornatos five alios, partim alexandrinos partim occidentales, cum scholiorum libris conspirantes, suspectos nobis reddere de-

bea,

beat, ut hoc ipso potius consensu utrumque hoc codicum genus de meliori nobis commendetur; qua de re alibi (vide v. c. Marc. 1, 2.) Lectores jam admonuimus. Sed idem iterum iterumque inculcare hand nos piget, ne secns sententium et vetustissimos codices propter solum cum scho- liorum libris *concentum* ex his *depravatos* esse clamantium perversis sententiis, sexcenties repetitis, tirones in errorem gravissimum abripi se patiantur. Nec nobis occinat aliquis tritum illud: scholia foecundas esse errorum matres. Hoc enim non nescimus. Sed arbiter peritus et incorruptus, lectionum discrepantium origines et genealogias ac testium affinitates curiose non solum sed absque ira etiam et studio pervestigans, corruptiones in schoлиis prognatas et ex iisdem latius serpentes facile discernet ab aliis lectionibus, sive probis sive reprobandis, scholiorum libris *communibus* cum aliis pervertustis codicibus aut versionibus. Posterioris generis lectiones pleraque primis jam aerae christianaе seculis extiterant et ex istius aevi codicibus innotuerant priscis scholiorum auctoribus; neque tamen ideo absque ulteriore examine praecipitanter quisquam eas admittet ac defendet, qui tertio saltim seculo ineunte codices mirum in modum jam inter se discrepasse, ac consequenter dissidentium alterutrum corruptum fuisse, non ignorat.

Vl. 18. In priore commatis parte *nisi oī Φαρισαῖοι*, quod bonaе notae codices sat multi et plures versionum familiae tinentur, praeferendam vide-

Partic. II,

F

tur

tur vulgari *καὶ οἱ ταῖς Φαιστίαιν*. Hoc enim librarios nimis festinantes e posteriore ejusdem versiculi parte praeripuisse censemus. Objici quidem nobis posset, vulgarem lectionem temere tentatam fuisse, ne ejusdem phraseos post paucula verba repetitio delicatulas offenderet aures. Verum si hoc in animum induxisset interpolator, posteriore potius quam priore loco phrasin immutaturus fuisset.

Vf. 19. Largimur quidem verba: ὅσον χρονον μεθ' ἔαυτων ἔχουσι τον νυμφιον, οὐ δικαται νηστευειν otiosa paene esse post praecedentem interrogacionem: μη δικαται, ἐν ᾧ ὁ νυμφιος μετ' αὐτων ἔστι, νηστευειν; Concedimus etiam, ista: ὅσον χρονον, et: μεθ' ἔαυτων ἔχουσι haud absimilia esse interpretamentis, quibus homines male seduli formulatas: εὐ φ, et: μετ' αὐτων ἔστι illustrare voluerint. Imo non sine veri specie suspicari posses, primitus eandem sententiam in aliis libris interrogando, in aliis negando fuisse expressam, postea vero geminam formulam, idem enuntiantem, coaluisse. Attamen textum vulgo receptum retinemus, quoniam in propatulo est, veram omisiā hemisticthii posterioris causam in δροιοτελευτώ possumus esse, id quod eo credibilius tibi apparabit, si reputare tecum volueris, paucos tantum testes omissioni favere hosque fere omnes cognatione quadam inter se esse conjunctos. His autem Syrus interpres perperam annumeratur. Elic enim vocabula, de quorum αὐθεντιξ disceptamus, omnino in textu suo legit. Sed, ut saepe liberiori in-

interpretationis genere delectatur, nostro quoque loco missis multorum verborum ambagibus unica particula negante: *nequaquam*, sensum satis comode reddi posse existimavit.

Vf. 21. Αὐτὸν post πληρωμα e Mattheo fortasse traductum hoc fuit. Augent hanc suspicionem alii codices, qui loco αὐτὸν legunt ἀπ' αὐτοῦ, atque hoc mox ante mox post πληρωμα ponunt. Nihil tamen definimus. Liquido enim appetet, variis modis tentatum fuisse textum, quo clarior reddeatur ac facilior.

Cap. III, 5. Τγης ὡς ή ἀλλη procul dubio e Matth. 12, 13. luc inventum est, unde etiam ad parallelum Lucae locum similia affumenta accessere. Damnantur verba illa unanimi consensu omnium recensionum antiquiorum, quarum nulla primitus ea agnovit, uti nec ulla extat versio vetus, (nisi fortasse Slavonica,) quae cum textu vulgari concinat. Cacterum valent hic etiam, quae paullo superius ad cap. 2, 17 de scholiorum codicibus et Evangelistariorum scipimus. Notatu in primis dignum est, mosquensem codicem V. hoc quoque ut illo loco eademque ratione testari, antiquiora Lectionaria nondum admississe istud ὥγης ως ή ἀλλη, quod seriore demum aevo irrepli.

Vf. 21. Obscuritas loci variis commentatorum explicationibus, nec non interpretamentis, quibus ipse adeo textus in libris nonnullis depravatus fuit, occasionem praebuit. Sed nihil immutans.

dum est; omnia enim, recte intellecta, bene se
habent. Oi παρ' αὐτού sunt qui cum Iesu erant,
discipuli et amici ejus, qui una cum ipso (vſ. 19.)
ήρχοντο εἰς τὸν οἶνον. Hi igitur ἐξηλθον κρατη-
σαι αὐτον, ut ex hominum turba ac tumultu in
domum secum abducerent Iesum, quem quiete et
cibo maximopere indigere putarent; nam μη ἐδύνα-
το μῆτε ἀρτον Φαγειν vſ. 20. Quin, quod magis
adhuc sollicitos ipsos reddebat, (έλεγον scil. τινες
εἰς του ὄχλου,) fuerant qui dicerent, (ότι ἐξεστη,)
mentis suae non amplius compotem esse Iesum,
sed nimio zelo abruptum nimiaque omnium viri-
um intentione debilitatum et oppressum velut in-
fanire. Quod cum audissent scribæ hierosolymi-
tani, rem omnino sic se habere contenderunt;
utique in furorem, inquietabant, versus est, εἴ-
στη, δαιμονον ἐχει ναι μανεται, (Jo. 10. 20.)
imo hanc vulgari δαιμονιω, sed ipso Beelzebul,
daemonum principe, agitur, et hujus ope
alios daemones e sedibus suis expellit etc. Mul-
to aliter locum hunc intellexit auctor recensionis,
quae in codice D et in versione Itala superest.
Nempe hic έλεγον retulit ad τους παρ' αὐτού, et
cum id quod έλεγον οι παρ' αὐτού, scilicet ότι ἐξε-
στη, hostili animo prolatum esse putaret, collegit
inde, τους παρ' αὐτού fuisse inimicos Iesu, nimi-
rum (coll. vſ. 22.) τους γραμματεις ναι τους λοι-
πους, qui Iesum volnerint κρατησαι, prehende-
re et capiūnum detinere. Hinc autem ἐξεστη, cu-
jus loco fortasse in suo codice jam ἐξιστατο seu
(quod in cognatis libris 13 et 69 superest) ἐξεστα-
ται invenit, e loco Matthaei parallelo (12, 23.)

εξε-

ἔξισταντο πάντες οἱ ὄχλοι καὶ ἐλεγον· μητὶ αὐτος
ἔστιν ὁ νίος δκυῖδ; explicandum, et consequenter
active seu transitive, ut ajunt, accipiendum esse
autumavit, atque sic effinxit mirum istud: ἔξε-
σταται αὐτοῦ, ac latine: *exsentiat eos*, h. e. ple-
bem ab ore ipsius pendentem tanta dictorum fa-
ctorumque suorum admiratione percellit, ut in of-
ficio ac debita Synedrio obedientia contineri popu-
lus nequeat, sed in eo jam sit, ut regem Israēlis
proclamet Nazaretanum suum prophetam. Con-
fer, si lubet, Millium ad h. 4. qui recte vidit, ex
perversa verborum Matthaei comparatione (ergo
non e scholiis!) profluxisse errorem temerarii iſi-
us hominis, qui hic et alibi textum exemplaris
sui (*vetustissimum fane et praestantissimum*) ad
suas opiniones refingere ausus est.

Vf. 29. Loco *κρισεως* alii habent *ἀμαρτηματος*, alii
ἀμαρτιας, alii *κολασεως*. „Disensus corruptorum,
inquit cl. Matthaei, corruptionem prodit.” Egre-
gie! sed hoc norant omnes, non posse ista voca-
bula simul esse genuina; quaerebatur vero, *quaenam*
e pluribus lectionibus sit primitiva, *quaenam*
ex corruptione orta? id quod ex mero disensu
definiri nullo modo potest. „Alii enim, ait
idem vir clarissimus, aliter Latinum (scil. *pecca-
tum* seu *delictum*) reddebant.” Sed unde quoefo
Latinus, unde Coptus et Armenus et Gothus, un-
de hi omnes suum hauserunt „*peccatum*”? Forta-
tasse pro more suo scurras eos appellabit vir do-
ctissimus et nugatores mente captos. Verum con-
viciis nil efficitur. Nec persuaderi quisquam si-
bi

bi patietur, vocem *peccatum* interpretamentum esse aut glossema aut scholion, quo quis sensum vocis *κρίσις* clariorem reddere voluerit. Nam *κρίσις αἰώνιος*, seu *κρίμα αἰώνιον*, quod Hebr. 6, 2. legitur, *judicium aeternum*, (aut si mavis *judicium seculi futuri, κρίσις του αἰώνος του μελλοντος,*) *condemnatio (κατακρίσις) aeterna*, tam clara sunt, ut nulla illustratione, nullo interpretamento indigeant; non magis saltem quam *κολάσις αἰώνιος* Matth. 25, 46. aut *ὁλεθρός αἰώνιος* 2 Thess. 1, 9. Igitur iterum quaerimus, per quasnam ambages interpres isti deferri potuerint in phrasin inusitatam, latinis auribus inauditam, et obscuram „*aeternum peccatum*”, si in graecis exemplaribus suis invenerunt *αἰώνιος κρίσις*? Contra vero si sumamus primaevam lectionem fuisse *ἀμαρτημα* seu *ἀμαρτία*, plana sunt omnia et extricata. Etenim non solum manifestum est, interpres supra laudatos recte et ad literam quae graece legerant in patrium sermonem vertisse, sed patet etiam, *κρίσις (h. e. κατακρίσις)* aequo atque *κολάσις* meritis interpretationis annumerari debere. Utrum vero *ἀμαρτημα* an *ἀμαρτία* antiquius sit et magis genuinum, in dubio positum manet. Usitissima vox *ἀμαρτία* a festinatibus librariis loco rarius occurrentis *ἀμαρτημα* arripi, sed contra etiam *ἀμαρτημα* e praecedente commate traduci huc potuit. Caeterum eti *αἰώνιον ἀμαρτημα* alibi nusquam legitur, nostro tamen loco verbâ proxime antecedentia efformandae hujus loquendi formulae ansam Marco præbere potuerunt. De peccatore, qui *σὺνέχει ἀφεσιν εἰς τού*

τον αιωνα hand inepte dici posse videbatur, ἐνοχεν
αὐτον ειναι αιωνιου ἀμαρτηματος, h. e. ut Mat-
thaei verbis utamur, peccati, quod non remit-
tetur οὔτε ἐν τουτῳ τῷ αἰώνι οὔτε ἐν τῷ μελλον-
τι. Αἰωνον enim non solum denotat id, quod in
sempiternum durat, sed usurpatur etiam de re-
bus, quarum effectus nunquam sunt cessaturi, ut
λυτρωσις αιωνια Hebr. 9, 12. Praeterea de ἀμαρτιᾳ di-
citur etiam μεγιστηρια, si reatus et poena manent
nec remittuntur, Jo. 9, 41. Ergo ἀμαρτημα αιωνιον in-
terpetari etiam poteris ἀμαρτημα μενον εις τον αιωνα.

Vl. 32. Dubia res est, utrum και αἱ ἀδελφαι
σου in textum admittendum, an ab eo ar-
cendum sit. Pro lectione pleniore militant
plura: a) ὁμοιοτελευτον, quod innumeras
omissiones haud probandas peperit, b) silentium
Marci, com. 31. Matthaei (cap. 12, 46. 47.) et
Lucae (cap. 8, 19. 20.) de fororibus, quod effi-
cere potuit, ut in transcribendo Marci versu
32. negligenter, quae nec Matthaei attigilat,
nec Lucas, neque Christus commatibus Marci pro-
xime sequentibus, 33 et 34, neque Marcus ipse
in narrationis initio vl. 31.; c) mentio ἀδελφης,
comm. 35. et Matth. 12, 50. a Jesu injecta, unde,
parum firma quidem argumentatione, at non sine
omni specie tamen colligi posse videbatur nonnullis,
forores etiam una cum matre et fratribus Iesum
compellare voluisse, d) consensus recensionis oc-
cidentalis (in codice D, versione Itala et Philo-
xeniana translationis margine, cui non raro oc-
cidentales lectiones allitae sunt,) cum constanti-
nopolitanæ recensionis libris permultis, inter
quos

quos sunt vetustiores fere ac meliores hujus familiae codices, AEFGMS, et mosquensis V, quibus cum concordat Slavus interpres et, si quidem ad hanc classem referre eum velis, Gothus. E contrario breviorem lectionem, hoc est vulgarem, defendunt 1) omnes cum codices tunc versiones alexandrinam textus recensionem sequentes, ut BCL, Copt. Arm. Aeth. Philox. in textu, quibus consentiunt (ut alibi saepe) 1. 15. 33. 69. 106. alii, 2) Syrus interpres cum sequacibus suis Arabe et Persa, 3) dimidia fere pars codicum constantinopolitanam recensionem exhibentium, Evangelistica, (quorum nonnulla tamen hoc anagnosmate carent) et Vulgata versio latina. Praeterea 4) occidentalis recensio, sicuti contra aliorum testium vetustorum et gravium (ut h. l. alexandrinorum) unanimem consensum *pleniori* lectioni favet, nulla paene auctoritate pollet. Deinde 5) verba *και αἱ ἀδελφαι του* vel e comm. 35. ubi Iesus discipulas suas honorifice forores appellat, vel e Marci 6. 3. et Matth. 13. 56. unde Iesum omnino *ἀδελφας* habuisse constat, irreperere facile potuerunt. Tandem 6) dubitarunt viri docti, utrum populi judaici moribus, ne dum sequioris sexus pudori satis conveniens, et hujus habitatione verisimile videri queat, foeminas, tanto hominum concursu facto, mediae turbae immiscere se voluisse. Mater quidem adeundi filii sui causa advenerat: verum nec sola, sed comitibus *τοις ἀδελφοις αὐτοῦ*; neque temere, si quidem vana non sit nonnullorum conjectura, rumore a malevolis sparso, ὅτι ἐξεστη ὁ Ἰησος,

per-

permotam eam fuisse, ut nulla interposita mora advolaret, quo filio opem ferret eumque secum abduceret. At *αι ἀδελφαι*, in historia evangelica alias nunquam in Iesu aut matris comitatu comparentes, cur hoc tali tempore ultro accurrerint, nec dum Iesus domum reversus esset exspectarint, nemo facile dixerit. — Omnibus utrinque ponderatis, plenioram lectionem non damnamus quidem, at breviorem paeferre tamen malimus.

Cap. IV, 12. *τα ἄμαρτηματα* glossema redolet, ut omnes emunctioris nati critici facile sentient. Praeterea variant libri; in plerisque legitur *τα ἄμαρτηματα*, in nonnullis autem *τα παραπτωματα*, qui disensus additamentum prodit, quod facilime profecto e locis similibus, quorum innumeri in Evangelii reperiuntur, desumi potuit; sed *ἀφεντι*, simpliciter quamquam positum, denotat etiam *peccata remittere*, ut Luc. 23, 54. Respusit affumentum recensio alexandrina, (in BCL Copt. Arm. et apud Origenem,) cuius auctoritatem elevare non potest occidentalis recensio, utpote suppositiciis additamentis abundans; imo e codice et antiquissimo latino veronensi suspicari licet, ne occidentales quidem istud *τα ἄμαρτηματα* semper et ubique agnovisse. Confer etiam quae ad Matth. 19, 35. scripsimus. Itaque multae ac graves in promptu sunt causae, cur verba illa iniusticia et aliunde inducta esse judicemus, prorsus nulla autem, ob quam assentiri debeamus clarissimo Matthaei, qui Origenem ista primum jugulasse, hancque tex-

tus

tus corruptionem deinceps in plures codices et versiones dissemnatam esse, nobis narrat. Argumentatur scilicet Vir cl.: post hoc seu cum hoc, ergo propter hoc. Ac si hujus generis observationes nonnullis locis allevit, deinceps ad easdem, quasi hujusmodi animadversionibus suis res ad liquidum perducta jam sit, provocare solet, ut ad hunc ipsum locum nostrum et alibi sexcenties fecit; si vero incorrupto judicio singula loca, ad quae lectores ablegat, curate examines, longe aliter rem se habere plerumque deprehendes. Talia de locorum innumerorum (interdum ne corruptiorum quidem) ex Origene, aut scholiis, aut vulgata versione corruptione commenta, rei criticae universae valde pestifera, graviter repellere oportet. Sat multi patent corruptionum fontes inducii; ficticiis opus non est.

Alli habent εν ταις παρδιαις αὐτων, (sorsitan e Matthaeo,) alii ἐπο της παρδιας αὐτων, (e Luca,) alii εις αὐτους, alii ἐν αὐτοις. Fortasse haec omnia aliunde sunt accersita et majoris claritatis causa adjecta. Matthaeus quidem, simpliciter cum scripisset ἀγπαχει το ἐσπαρμενον, recte addidit εν τῃ παρδιῳ αὐτου. Sed ad Marci αιχει τον λογον τον ἐσπαρμενον necesse non erat ut aliquid, ad vitandam ambiguitatem, adjiceretur; sensus enim neutquam est ambiguus. Caeterum, si quaeratur, quanam e quatuor lectionibus modo excitatis genuina prae reliquis aut vetustior saltem esse videatur, praetulerim εν αὐτοις, quod non solum alexandrini antiquissimi tuer-

tuentur, sed subobscurum etiam ac inusitatum videri poterat. Si Marcus scripsisset vulgo receptum: αἰρεῖ τὸν λόγον τὸν ἐσπαχυνόν ἐν ταῖς καρδιαῖς αὐτῶν, nemo conjectando affequi posset, quid sit quod librarii in declaranda clarissima sententia certatim elaborarint, et multo adhuc minus mente comprehendere quisquam posset, quonam sive confilio sive fortuito casu ἐν ταῖς καρδιαῖς αὐτῷ in ἐν αὐτοῖς mutatum sit, cum eadem verba apud Mattheum cap. 13, 19 ab omnibus librariis, glossatoribus, interpretibus et commentatoribus incontaminata et intacta fuerint relictæ.

Vf. 18 Tanta hic est in libris manuscriptis et versionibus confusio, ut certum judicium de lectio-
ne genuina ferri vix queat. In vulgari texin legitur; οὐτοὶ εἰσιν οἱ εἰς τὰς ἀκαρδαῖς σπει-
ρομένοι, οὐτοὶ εἰσιν οἱ τὸν λόγον ἀκουοντες: quae lectio, propter bis repetitum οὐτοὶ au-
res vehementer offendens, facile caeterarum om-
nium fons, ac consequenter primitiva videri pos-
set; sed cum nullius paene codicis auctoritate ful-
ciatur, defendi nequit. Longe maxima codicum pars, servato priore οὐτοὶ εἰσιν, omittit posterius. Sed hi omnes, una cum Gotho et Slavo, ad unam eandemque familiam, constantinopolitanam scilicet, pertinent, nec alias secum concordantes habent praeter solos codices 69. 106. 131. 157. et Philoxenianum interpretem. Facillima quidem esset haec lectio ac commatibus praecedentibus 15 et 16 maxime conformis; sed non tantum

hanc

hanc ipsam ob causam, verum propterea etiam suspecta est, quod probabili conjectura augurari licet, graecissantes librarios ad evitandam κανο-Φωνιζν delevisse posterius οὐτοι εἰσιν, quod absque ullo sensu detimento abesse non solum poterat, sed vocabulorum quoque structuram impe- diebat sermonisque contextiōnem turbabat. Versa vice οὐτοι εἰσιν posterius retinetur, expulso priorē, a constantinopolitanis nonnullis, sed paucis, quibus se adjungunt codices 1. 13. 124. (passim, ut h. l. a suis cognatis deviantes,) Syrus, Arabes et Armenus. Verum hi testes nequaquam sufficiunt ad vindicandam lectionem, caeteroqui facilimam et intellectu pronām. Tanq̄em restant utriusque recensionis vetustissimae, alexandrinae et occidentalis, codices praestantissimi BDL^{a)} cum Copto^{b)} et Latino. Hi loco prioris οὐτοι εἰσιν habent ἄλλοι εἰσιν, posterius autem οὐτοι εἰσιν intactum relinquent; unde sequens prodit textus, in nuperissima Novi Testamenti editione Goescheniana jam exhibitus: Καὶ ἄλλοι εἰσιν οἱ εἰς τὰς ἀναγραφὰς σπειρομένοι οὐτοι εἰσιν οἱ τοῦ λόγου ἀκούοντες π. ἐ. Haec lectio et antiquitate sua, et testium gravissimorum confensione, et ipsa indeole sua summopere nobis se commendat. Ipsa enim ceu
ge-

a) Etiam codex C, in quo emendator posterior καὶ οὐτοι erasit, primitus procul dubio cum cognatis suis B et L conspiraverat.

b) Coptus a caeteris hic laudatis eo tantummodo dif- fert, quod οὐτοι εἰσιν posterius, tanquam superfluum, omisit.

genuina posita, caeterarum omnium origines cui-
libet in oculos incurront. Nimirum in locum τού
ἀλλοι εἰσι εἰ locis simillimis et proximis vs. 15 et
16. facillime et, si libriorum ingenium spe-
cetes, paene necessario irreptū οὗτοι εἰσιν. Jam ve-
ro enatum inde duplex οὗτοι εἰσιν displicuit scri-
bis et lectoribus. Hinc nonnulli prius, plerique
vero posterius praetermittendum esse putarunt.

Vs. 24 et 25 scripsisse videtur Marcus: ἐν ὡς μετρῷ
μετρεῖτε, μετρηθῆσται ὑμιν. Ὁς γαρ ἀν ἔχῃ, δο-
θῆσται αὐτῷ. Ad primitivum hunc textum du-
plex interpretamentum in margine accedit; alte-
rum ad ὑμιν, alterum ad δοθῆσται. Ad vocem
ὑμιν annotabatur: ὑμιν τοις ἀκουουσιν, ad δοθῆ-
σται autem: προστεθῆσται. Utrumque glossema
ad illustrandum sensum satis erat appositum. Isto:
τοις ἀκουουσιν, scite significabatur, tritum illud ve-
rifierbum: ἐν ὡς μετρεῖτε, μετρηθῆσται
ὑμιν, alio hic sensu accipendum esse, quam Matth.
7, 2. ubi aequipollit τῷ ἐν ὡς κριματι κρινετε,
κριθησεσθε. Nostro vero loco utique refertur ad
τους ἀκουοντας, ut abunde patet ex antecedente
admonitione: βλέπετε, τι (apud Lucam, πως)
ἀκουετε. Nimirum ὁ ἔχων ὥτα ἀκουειν, solus
potest ἀκουειν vs. 9. Unicuique impertit magister
pro ratione mensurae, qua quisque utitur et quam
quasi afferit ad excipienda magistri praecepta; do-
ctoris munere fungens necessario institutionem su-
am attemperare debet ad discipuli captum; hic
enim nil amplius capit quam capere potest. Quod
ad alterum attinet glossema, indicabatur eo, no-

va

va augmenta (v. c. cognitionis) contedi posse nemini, quin prius data studiose servarit. — Jam quomodo e binis interpretamentis cum vulgaris textus tum omnes quae in codicibus reperiuntur discrepantes lectiones ortum duxerint, nullo negotio intelliges. In codice D glossema προστεθησεται in locum vocis δοθησεται vs. 25, ad quam spectabat, substitutum; nihil autem in commate 24 mutatum aut adjectum est. Contra, apud alexandrinos idem glossema e margine alieno loco in textum commatis 24 irrepsit, additamenti speciem prae se ferens: εν φι μετρω μετρείτε, μετρηθησεται υμιν, και προστεθησεται υμιν. Alterum vero glossema: τοις ἀνουσιοις abest adhuc ab hac recensione, quae etiam δοθησεται vs. 25, servavit. Cum enim προστεθησεται ad comma praecedens referendum esse putaretur, in verso 25 nil innovatum fuit. Tandem constantinopolitani ex utroque glossemate additamentum conflarunt, quod vulgaris textus commati 24 post μετρηθησεται υμιν affuit: και προστεθησεται υμιν τοις ἀνουσιοις. Plura autem sunt, quae spuria haec esse produnt. Sedem enim non habent fixam et stabilem. In vulgaris extant post μετρηθησεται υμιν, apud Armenum autem post ακετε, et in codicibus 13 et 69 bis leguntur, semel post ακονετε, ac iterum (omisso tamen τοις ἀνουσιοις) post μετρηθησεται υμιν Similis inconstans cer- nitur in voce τοις ἀνουσιοις. Alii habuerant olim τοις πιστευουσι, quod Gothus interpres et codex latinus p̄rixiensis exprimunt; alius autem ḡaecus liber (mosq. 10.) substituit αύτοις.

VI.

Vf. 40. Loco: *τι δεῖλοι ἔστε οὐτῷ; πως οὐκ ἐχε-*
τε πιστή; in potioribus cum alexandrinis tum
 occidentalibus legitur: *τι δεῖλοι ἔστε; οὐτῷ*
ἐχετε πιστή; quae lectio simplicitate sua com-
 mendatur. Pro *οὐπώ* scripsit aliquis *οὐτῷ* quod
 cum commodum sensum non praebet, alii, col-
 latis pluribus codicibus, utrumque conjunxerunt:
οὐτῷς; οὐπώ. Hic vero simillimarum vocum
 concursus, auribus ingratis, in causa fuit, cur
 nonnulli (scilicet alexandrini et occidentales) *οὐ-*
τῷ delerent, alii autem, (constantinopolitani,
 quos ubique fere editores Novi Testamenti fecuti
 sunt,) servato *οὐτῷ*, sequens *οὐπώ* mutarent in
πως οὐ. Sed breviori adhuc via ad errorum omni-
 um fontem deducit nos lectio codicum 1. 13. 69.
 131 et Armeni: *τι δεῖλοι ἔστε οὐτῷ; οὐπώ ἐχε-*
τε πισή; hanc enim si primitivam Marci scripsi-
 ram esse sumas, necesse non est, ut duplarem libra-
 riorum errorem singas, e quo demum istud *οὐ-*
τῷ *οὐπώ* enatum sit. Utut haec funt, *οὐπώ* praef-
 fetimus vulgari *πως οὖν*, lectorum autem judi-
 cito permittimus, utrum *οὐτῷ* retinere an delere
 malint. Caeterum *οὐπώ* Marci stilo aequo con-
 venit ac *πως οὐ.* Cap. 8. 17 habet *οὐπώ γοιντε;*
 et ibidem vf. 21. *πως οὐ συνιετε;* Attamen poste-
 riore etiam loco sat multi et egregii codices ha-
 bent *οὐπώ* aut *πως οὐπώ.*

Cap. V. 9. Vulgaris lectio: *καὶ ἀπενεργή λεγων**
λεγων, facile genuina videri tibi posset. Pronum
 enim est ad conjectandum, concursum vocabulo-
 rum *λεγων λεγων* textum variis modis tentandi oc-

ca-

casionem delicatulis librariis praebuisse. Sed nullus e codicibus *vetustissimis* isti lectioni favet; praestantiores potius, non alexandini tantum sed alii etiam, habent: καὶ λεγει αὐτῷ λεγεων, quod, veterum quoque versionum consensu firmatum, vulgari lectioni preferendum esse putamus. Verum primitus scriptum fortasse fuerat καὶ λεγει λεγεων, quod cum plerorumque aures offenderet, alii (velut alexandrini) intercalarunt αὐτῷ, alii autem (nempe occidentales) λεγει mutarunt in ἀπεκριθη, unde porro, temere conflato ἀπεκριθη et λεγει, enatum est vulgare ἀπεκριθη λεγεων.

Ib. praetulerim fere λεγιων, quod h. l. codices BCDL et 69 et Matth. 26, 53. ac Luc. 8, 30. itidem codices DL, convenienter Rabbinorum scribendi ac pronuntiandi modo *), habent, vulgari λεγεων. Non igitur *illa* forma ad latinorum, sed *haec* potius ad graecorum loquendi usum adaptata esse videtur.

VI. 11. Editores perperam excudi fecerunt προς τῷ ὄγη loco προς τῷ ὄγει, quae est codicum tantum non omnium lectio. Unus tamen, nimirum eximus codex 1, prorsus verba haec omittit, quae ab aliis post χοιρων, ab aliis post μεγαλη, ab aliis post βοσιουση rejiciuntur. Hae transpositiones nonnihil ponderis addere videntur codici 1, ista junglanti. Nec quisquam negabit e Lucae εἰ τῷ ὄγει facile apud Marcum προς τῷ ὄγει effungi potuisse.* At retinenda tamen haec vocabula, omis-

*) Vid. S. Rev. Paulus in Commentar. ad h. l.

omissionisque causam in ipsis transpositionibus
quaerendam esse, existimamus. — Caeterum Cl.
Matthaei ad h. l. „Wetstenius, ait, ex Alexandri-
no notat, προς τῷ ὄπει, et ex eodem omissa, προς
τῷ ὄφη. Griesbachius ex eodem hoc loco notat
προς τῷ ὄφη. Uter mentitus est? Nemo men-
titus est; vir humanissimus scilicet ipse erravit
errorem facillime evitandum hancque ob causam
vix condonandum. Si enim per pauculas linea-
IAS pergere legendō dignatus fuisset, suis oculis,
ut est oculatissimus et propter stupendam in le-
gendis et excerptis libris assiduitatem et ἀγ-
βειαν celebratissimus, non videre non potuisset,
prorsus eodem modo, quo Ipse lectionis varieta-
tem et vocabulorum trajectiōnēm notavit, Wet-
stenium quoque idem notaſſe. Scilicet vir cl.
primum scripsit: „προς τῷ ὄφη absunt c bis e.
f. 10.“ Paucis vero interjectis addidit: „Post
βοσκουεν addunt προς τῷ ὄπει c bis e. f. 10.“
Num ergo vir veri, ut credere pat est, amantissi-
mus strenuusque mendacii vindex, *mentitus est*
Ipſe? Absit! sed idem fecit, quod ante ipsum
Wetstenius, temere mendacii accusatus, fecerat,
hoc tantum discrimine, quod Wetstenius, ut
omnem quantum posset errandi occasionem praeci-
deret, eo loco quo istud προς τῷ ὄφη post βο-
σκουεν ponit indicavit, disertis verbis adjecit:
„transponitur.“ At nihilo tam en feciūs in errorem
incident vir nimio zelo abreptus; nec in hunc de quo
locuti modo sumus, solum, sed praeter hunc in ali-
um simul. In eodem enim animadversionum sua-
rum in hunc locum versu, quo verba mox landa-

ta: „προς τα ὅρη, absunt c. bis. e. f. 10^o leguntur,
 porro sequuntur haecce: „Mirabile est, Evangelia-
 ria c. f. satis vetusta, sed aliquot seculis recentio-
 ra meis b et h, crebrius consentire cum codicibus
 scholiis instructis, (quales sunt e et 10). Credo at-
 tentos lectores id jam dudum animadvertisse. Sed
 Griesbachius ne a me quidem monitus id animad-
 vertet aut certe animadvertisse dissimulabit. Ad
 haec omnia attenus Criticus attendere debet.“
 Confidimus, tironum in Novi Testamenti Crisi
 vel mediocriter exercitatorum, aut hujus saltim
 Commentarii critici lectorum fore neminem,
 quin quod isti declamationi reponat in promptu
 habeat. Ni fallimur, sic respondebit: „Ne mi-
 nime quidem mirabile, sed tritum ac pernulgatum
 et omnibus criticæ artis peritis notissimum
 est, codices seculis aliquod recentiores aliis, sae-
 pe textum exhibere multo vetustiorem eo, qui in
 libris longe antiquiore manu scriptis extat. Nec
 magis mirabile est, nonnulla Evangelia-
 ria crebrius consentire cum codicibus scholiis instructis;
 neque tandem mirabile videri cuiquam potest,
 utrumque codicum genus, Evangelia puta et
 scholiorum codices, servasse non paucas lectiones
 bonas et vetustas, et in hujusmodi lectionibus sae-
 picule consentire cum codicibus omnium quotquot
 supersumt antiquissimis. Gredo enim attentos lecto-
 res jam dudum animadvertisse, anagnosmatum ae-
 que ac scholiorum compilatores nequaquam pro-
 cedisse novum textum, sed transcriptisse eum ex
 antiquioribus libris; quemobrem illorum cum
 his consensio nemini mirabilis videri debet. Sed
 cl.

cl. Matthaei ne monitus quidem id animadverteret, verum solitam cantilenam cantare perget; quae vero animadverterit dissimulaturum eum esse, nemo absque Viri injuria dixerit. Utut vero hoc est, certe ad ista omnia attentus Criticus attendere, at non unice tamen attendere, sed recte iudicandi etiam facultate pollere, eaque absqne ira et studio, ac quod in hoc rerum genere minime postremum est, modeste uti debet.“

Ib. μεγάλη insiticinum esse videtur. Abest enim a plurium familiarum bonae notae codicibus ac versionibus, et varias formas in diversis libris induit. Facile configi potuit vel e commatis nostris 13 clausula, vel e Matthaei et Lucae χοιροπόλλοι seu ἵναντο.

VI. 12. παύτες οἱ δαιμονες omittitur in vetustissimis et optimis alexandrinae familiae libris et in cognata his versione coptica. Quod ad παύτες attinet, in omittendo hoc vocabulo consentiant cum alexandrinis non solum occidentales, sed alii etiam libri hand gregarii et Syrus. Hoc ergo omnino delendum est, quippe quod seriore demum tempore, nec in alias quam in constantinopolitanos eorumque cognatos aut sequaces, et ex his in paucos alias irrepsit. Verum valde suspectum etiam est οἱ δαιμονες. Etsi enim a solidis alexandrinis haec vox abest, plura tamen sunt, quae eam admodum dubiam reddant. In aliis enim locum mutat, in aliis conversa legitur in τα δαιμονια. Praeterea si παύτες, ut modo diximus,

primitus abfuit, causa aderat nulla, ob quam *οἱ δαιμονες*, quod nec offendere quemquam neque festinantis librarii effugere oculos facile poterat, negligenter aut jugularetur. Contra vero si genuinus textus caruit isto *οἱ δαιμονες*, mancus esse evidebatur et hiulcus, difficilis atque obscurus. Cui malo nt mederetur librarius aliquis, adjecit *οἱ δαιμονες*; alias vero deinceps, quo mirabilius loqueretur Evangelista, (teratologii enim summopere delectabatur istud hominum genus,) superaddidit *πάντες*.

VI. 13. Lectionis varietatem in commatis huic clausula attente perlustratur, dubitare vix poterit, in verbis: *ἡσαν δε ως δισχιλιοι· ναι ἐπυγοντο εν τῃ θαλασσῃ* spuriu[m] aliquod latere additamentum. Nobis quidem suspecta prae reliquis sunt vocabula *ἡσαν δε*, quibus ex auctoritate testimoniū pergravium deletis, verborum quidem structura paulo sit durior ac impeditior, at salvus tamen manet sensus. Itaque credibile est, nimirum claritatis studium procreasse istud affumentum, ut mox innenit versiculo sequente idem in causa fuit, cur *εν βοσκούτες αὐτους* fieret *βοσκούτες τους χοίρους*.

VI. 14. Ἡλθον praetulerim vulgari ἔξηλθον. Narratio: *ἡλθον ιδειν . . . ναι ἐρχονται* videbatur παυτολογιας vitio laborare. Sed prius *ἐρχεσθαι* significat proficiisci, ire, abire, exire, quo sensu verbum hoc saepissime occurrit. Ne vero lectores minus attenti haccerent dubii, quaenam h.

I. sit vocabuli vis et potestas, librarii substituerunt interpretamentum ἐξηλθού, quod paralleli Lucae ac Matthaei loci suppeditabant.

VI. 15. Τον ἐσχηματα του λεγειωνα omittunt (cum paucis aliis) occidentales, qui alias hujusmodi duriores loquendi formulas minime reformidare aut fastidiose respuere solent. Itaque aliae et graviores subsunt causae, cur ista verba absint. Nostro quidem judicio, dubia saltem sunt.

VI. 23. Repudiamus hic auctoritatem codicium alexandrinorum et occidentalium, quamquam consentientium in οὐτις ζηση. Ortus est perantiquus hic error ex falla persuasione, και ζησεται (quod isto tempore nondum interstinctionis aliquo signo ab antecedentibus vocabulis separatum erat,) cum proximo σπωτι (seu ινα) σωθη conjungendum, ideoque in και ζηση mutandum esse.

VI. 26. In tanta discrepantium lectionum varietate, praestare caeteris videtur τα παρ' αυτης. Quavis fere pagina librarii, praesertim antiquiores spirituum et accentuum signis nondum satis adsueta, αυτης et αυτης permixtarunt, itemque εαυτης et αυτης promiscue usurparunt. Hinc in hoc lectionum variantum genere, testium non gravitas solum sed numerus etiam spectandus est.

VI. 58. Praefero vulgarem lectionem ἐρχεται alteri ἐρχονται, quamvis huic alexandrinii ac occidentales

tales faveant multi, at non omnes tamen. Propter mentionem trium discipulorum Iesum *comitantium* in proxime antecedentibus injectam, ἐρχεται rei narratae parum convenire videbatur, eamque ob causam in ejus locum librarii substituerunt ἐρχονται. Viri docti, qui ἐρχονται defendunt illudque propter sequens και θεωρει in ἐρχεται mutatum fuisse opinantur, posterioris lectio[n]is originem non satis declarasse nobis videntur. Nam si sumas, Evangelistam scripsisse: και ἐρχονται . . . και θεωρει . . . και εισελθω λεγει κ. τ. ε, nulla tamen in hoc sermonis contextu ineft difficultas aut obscuritas, quae ad refingendum textum impellere quemquam potuisse. Omnia enim bene cohaerent. Marcus Iesum *una cum discipulis* advenisse primo tradidit, ac deinceps narrare perrexit, quae *Iesus ipse*, viderit, dixerit, perpetraverit.

Ib. KAI facillime ante ΚΑΙ οντας, librariorum festinantium oscitantia, e textu excidit.

Vf. 40. Probabile est, ὃ δε ortum esse ex αὐτος δε. Aures enim offendebat αὐτου· αὐτος δε. Hinc mutatum fuit.

Ib. ἀναπιμενον, consentientibus utriusque recensionis antiquioris codicibus ac versionibus praestantioribus, delendum esse censemus. Ipsa codicuum, sex diversis modis ellipsis explentum, inconstantia affumentum prodit.

Cap.

Cap. VI. 3. ὁ τεκτων, ὁ νιος Μαριας. Locus hic jam tempore Origenis, Jesum in Evangelii ab ecclesia receptis τεκτονα duci disertis verbis negantibus, corruptus e parallelo Matthaei loco erat ab hominibus, opinantibus, parum honorifice de Jesu loqui, qui τεκτονα eum appellarent aut impiorum Nazaretanorum dicterium repeterent. Sed paucos tantum codices pancaisque versiones invasit ista corruptio, quae duplici indicio se ipso prodit. Nimirum 1) qui a vulgo receperunt textu dissonant, multifariam inter se dissentiant, aliis legentibus: οὐχ οὗτος ἐστιν ὁ νιος Μαριας, aliis: οὐχ οὐ ἐ. τεκτονος (seu. ὁ του τεκτονος); ὁ νιος (f. ὁ νιος ηι) M. aliis: οὐχ οὐ. ἐ. τεκτονος (f. ὁ του τεκτονος) νιος, ηι M. Deinde 2) nulla lectionum variantium in medium modo prolatarum, ullius vetustae recensionis primitiva fuit lecio: imo, ne ulla quidem extat codicum familia, cuius cognati ac affines unanimi concentu in ulla itarum lectionum convenient.

Vf. 11. Nulli dubitamus, sententiam illam, ἀμην λεγει υμιν, ἀνεντοτερον ἐσται Σοδομοις η Γομορραις εν ημεραι φρισσωαι, η τη πολει έμεινη, e textu esse amandandam, quippe manifesto e Matthaeo hoc traducta et propter consensum veterum alexandrinorum (BCL. Copt. Arm.) cum occidentalibus (D. It. Vulg.) eo confidentius delenda est, quod causa probabilis excogitari potest prorsus nulla, ob quam praetermissa aut consulto jugulata videri queat, contra vero assumenti origo in apri-

aprico posita est. Certe errant, qui ad elevan-
dam testium modo laudatorum fidem ad Syri ac
codicis A ab istis diffensum provocant. Etenim
Syrus et A plane alias textus recensiones exhib-
ent, ab alexandrina aeque ac ab occidentali di-
versas, hisque juviores et multis sequioris aevi le-
ctionibus, interpretamentis, glossematibus, ellip-
sium complementis, interpolationibus majoris
claritatis causa factis, assumentia e parallelismo
petitis, aliisque hujusmodi naevis passim foeda-
tas. Syrus quidem interpres graeco codice usus
fuerat, omnibus quos superstites habemus, mul-
to vetustiore sane ac puriore. Verum enim ve-
ro emunctioris naris criticis dudum suboluit,
syriacam versionem haud superesse integrum ac
incorruptam, sed inde a multis seculis longe a
nativa sua indole discessisse. Quae multorum
doctorum virorum mentibus quondam infederat
satis explosa nunc est opinio, e latina potissi-
mum translatione corruptam esse syriacam. Cer-
te alibi latent fontes, e quibus labem ea contra-
xit, nimurum in *graecis* codicibus seculo circiter
quarto aut quinto exaratis et antiquioribus con-
stantinopolitanae recensionis libris non multum
ab similibus, nec bis praestantioribus. Ad tales
libros multis in locis præsca versio syriaca rési-
cta fuit *). Sic enata est *nova* ejus recensio,

cons

*) Alibi jam, ad illustrandam hanc magni momenti rem
monuimus, idem contigisse veteri versioni latinae in
codice brixiensi; scilicet criticus nescio quis, valde
diligens nec indoctus, versionem latinam a capite ad cal-

cem

constantinopolitanae graecae multis in lectionibus
aemula, et consequenter cum vulgaribus adeo libris
nostris (praefertim in epistolis) saepe concordans,
ab alexandrinis vero et occidentalibus, sive hi inter
se consentiant sive dissonent, valde diversa. Ex his
jam manifestum erit, perperam a cl. Matthaei ad
h. l. dictum esse, e Syra intelligi, hanc versionis
latinae Vulgatae corruptionem (sic enim appellat
genuinam quam defendimus lectionem) aliquanto
esse recentiorem, omninoque Syram contra Vul-
gatam magnum pondus habere. At haec omnia,
nostro quidem judicio, valde a vero abhorrent,
nec licet quae e diverso genere sunt inter se com-
parare. Potes conferre singulos ejusdem fami-
liae testes inter se, ut suum cuique pretium sta-
tuatur, ac unus per alterum redarguatur aut
emendetur; potes etiam alteram fauiliam compa-
rare cum altera, v. c. alexandrinam cum con-
stantinopolitana, aut hanc cum occidentali; id quod
eo conductit, ut discas, partim, quaenam fami-
lia generatim spectata alteri antecellat cum anti-
qui-

cem conformavit graeco libro, iis quoas interpres olim
adhibuerat longe junior, passim interpolato, et ad an-
tiquiorum Constantinopolitanorum textum, nominatim
eum quem Ulfilas expedit, proprius non raro acce-
denti. Simili modo hodierna etiam latina versio,
quam Vulgatam appellant, reficta est ad graecos codices
toto coelo differentes ab iis, ex quibus prisco latina
versio, Itala vulgo dicta, confecta fuit. Unde con-
sequitur, horrendas confusionis multorumque errorum
auctores esse eos, qui generatim de latina versione aut
de Vulgata loqui solent. Priscam enim latinam sem-
per a Vulgata follicite discernere oportet.

quitate tum bonarum et probabilium lectionum copia, partim, quaenam familia principatam teneat in judicandis singulis mendarum generibus, e. gr. omissionibus, additamentis, glossematisbus, graecismi affectatione etc. Hoc igitur, quem monstravimus, modo cum plurium familiarum tum singularum unius ejusdemque familiae codicum inter se comparatio institui potest ac debet. Nequaquam autem licet inter se committere singulos familiarum diversarum testes, nec unius familiae testem cum familia alia, illi velut peregrina. Sic v. c. Syrae diffensus non imminuit latinae versionis, praesertim priscae seu italae, fidem, nec alexandrinæ recensionis auctoritas decrementum patitur, si ab ea discrepet Vulgata recentior. Contra vero codicis B aut versionis armenicae pondus elevatur, si ab illo codices CL, et ab hac Coptus aut BCL dissident. — Supereft, ut de codice A, cuius mentionem supra injecimus, paucula addamus. Hic liber, quoniam Alexandriae olim reperitus esse traditur, alexandrinus vulgo nominatur, quamquam in epistolis tantum et Actis Apostolorum alexandrinam textus recensionem exhibeat. Quoad Evangeliorum autem textum, de quo hic differimus, ad prorsus aliam codicum familiam pertinet, nimirum ad constantinopolitanam, cuius quodammodo antesignanus est, et supparet habet Wetstenianos K et M. Occurrunt quidem in eo (praeter interpolationes hand paucas, quas nec ignoramus neque probamus,) lectiones multae, vix in paucis constantinopolitanis obviae, sed plenimque in alexandrinis, interdum etiam in occidenten-

dentalibus, reperiundae; cuius autem rei causa in eo posita est, quod isto tempore, quo codex A conscriptus est, christiani in patriarchatu constantinopolitanu[m] degentes libris utebantur, nondum ab alexandrinis tantopere discrepantibus *) quam codices sequenti aevo exarati. Nimirum post seculum sextum perpauci graeci libri in alexandrina dioecesi descripti sunt, uti nec in occidentalibus provinciis multi fuere scribæ, qui græcis libris exarandis operam darent. Hinc evenit, ut recensio ultraque priscam paene formam retineret **). In Graecia vero adjacentibusque regionibus innumeri librarii continuo in multiplicandis codicibus

*) Imperator Constantinus M. quinquaginta codices των Σειρῶν γραφῶν a peritis calligraphis elegantissime describi et Constantinopolim mitti jusserat, ejusque rei curam Eusebio Caesareensi (magnō textus Origeniani, h. e. alexandrinae recensionis admiratori) demandaverat. Euf. in vita Constantini 4, 36. 37. Hinc intelligitur, qui fieri potuerit, ut quarto seculo alexandrinae lectiones in constantinopolitanos libros passim immigrarent.

**) Commemoratione tamen dignum est, Constantis Imp. iussu Athanasium, Alexandrinum episcopum, πυντία των Σειρῶν γραφῶν procurasse, quæ in provincias Constantis imperio subjectas, h. e. in Occidentem, deportata fuerunt. Athan. apologia ad Constantium §. 4. Vides, qua via in occidentalibus etiam recensionis veteris codices nonnullos alexandrinæ quaedam lectiones irrepere potuerint. Ac si praeterea memoria repetas perpetuum fere commercium, quod arianarum et nestorianarum concertationum tempore alexandrini praefules cum romanis pontificibus aliisque Ita-

bus desudarunt *), et textum in constantinopolitana ecclesia inde ab initio receptum a gravioribus

Italiae et Galliae episcopis habuerunt, mirari defines, quid sit quod Novi Testamenti exemplaria repertiantur, quorum textus miris modis ex alexandrina et occidentali recensione commixtus est, quod v. c. in fabidica versione factum esse constat.

* Ex his observationibus historicis, extra omnem dubitationis alcam positis, planissime perspicitur causa, cur omnes paene bibliothecae manuscriptis libris instructae abundant ingenti codicum Novi Testamenti, textum in constantinopolitano patriarchatu vulgo receptum exhibentium, copia, perpauci vero reperiantur, sive alexandrinum sive occidentalem textum representantes. Profecto & Graeciae regiones quinto aut sexto seculo a barbaris gentibus, bonis literis inimicis, fuissent oppresae, ac si versa vice Aegyptus cum Palaestina, item Italia cum Gallia libertatem suam et simul cum hac literarum florem ac graecae linguae (praesertim in saeris faciendis) consuetudinem conservassent, codices jam haberemus constantinopolitanos perpaucos, alexandrinos plurimos, occidentales multos. Quodsi vero negari nequit, codicum e quaque familia rurne superstitem numerum pendere duntaxat e causis externis et fortuitis, populorumque conversionibus ac literaturae vicissitudinibus, negari etiam non potest, solo numero codicum pro lectione quaqua militantium nil effici, sed attendendum esse ad diversas eorum families, harumque, si singulatum spectentur, pondus, si comparentur inter se, consensum; ante omnia ergo inquirendum esse, quenam quoquo loco sit nativa seu primitiva familie eiususque lectio, qua explorata cunctisque familie inter se collatis genuinum textum facile vel vindicabit vel restituet criticus, dummodo simul animum advertat ad ea veri falsive indicia, quae in

bus non solum mendis purgare sed eum magis etiam magisque, ut scilicet ipsi opinabantur, expoliare fategerunt. Sic autem necessario dissimilior ei, quem olim harum regionum incolae chri-

in ipsa lectionum conditione seu qualitate posita sunt et discernendis bonis ac probabilibus a pravis et ex corruptione ortis inserviunt. Firmus ergo et inconsillus stat habitque canon criticus hicce: *Contra duos tresve testes vetustos alexandrinos cum uno et altero occidentali consentientes in lectione, quae pro nativa utriusque recensionis haberi potest nec aliis de causis suspecta est, NIL valent sexcentimo sexies mille codices constantinopolitanus.* Itaque coeunt, qui aliquid dixisse fibi videntur, si codices Evangeliorum BCDL una cum vetustissimis versionibus refutari pronuntiantur omnium graecorum librorum consensu. Quasi vero graeci non sint libri ex Alexandria oriundi, ubi inter Christianos graecae litterae dia ante floruerent, quam in Gracia Christianus ullus eruditioonis fama inclaresceret. Tandem ex his quae modo disputavimus manifestum fit, tempus et operam et oleum perdere, qui novos indies constantinopolitanae recensionis codices conquirunt, eosque summa sedulitate pervergent, ut aliquot variantes lectiunculas, vel nullius pretii vel ex multis aliis libris dum in vulgus notas, corradant; qua obscura diligentia fines Critices non magis proferuntur, quam Veteris Testi, textui quidquam novi ornamenti accederet, si quis hoc nostro tempore post Kennicotum et Rossinum ex hebraicis maforeticis recensionis codicibus nondum examinatis aliquot lectiones ab edito textu discrepantes, v. c. matres lectionis (ut vocant) aliasve hujus generis delicias nobis propinaret. Celebrissimi potius Moldeuhaweri, cui Scorialenses codices perlungare contigit, exemplum imitentur yiri docti, qui bus

christiani usurparant, indies evadere ac simul pedetentim longius ab alexandrina recensione recedere debuit. Atqui codicis nostri A textus Evangeliorum, si universum ejus habitum spectes, magis ab alexandrino et occidentali textu diffidet quam a constantinopolitano, puta veteri more; recte ergo pro constantinopolitano habetur, et antiquior est quam textus Westenianorum EFGH, Vaticani S et Mosquensis V, quamvis hi castigationes sint. — Ex his, quae paulo superius de recta testimoniis inter se comparandorum ratione, et deinceps de textus, qui in codice A continetur, indeole differimus, facile de hujus libri auctoritate et usu statuere poteris. Nempe codex A, ubi discrepat ab alexandrinis aut occidentalibus, horum fidem non minuit; ubi vero cum ipsis concinit, novum pondus eis addit. Praeterea corrigi quidem possunt interdum naevi, quos contraxit, ex reliquis constantinopolitanis; sicubi autem in lectionibus veteris et probabilibus consentit cum aliarum veterum familiarium codicibus primariis, nil contra

bus ad bibliothecas graecis codicibus Novi Test. manuscriptis instructas aditus patet. Si de re critica ad Novi Test. textum spectante bene mereri cupiunt, executiant quidem bibliothecarum loculos, sed eo tantum consilio, ut tentando explorent, utrum fortassis invenire queant codices nonnullos N. T. adhuc intactos, qui alias quam constantinopolitanam recensionem exhibeant. Tales si repererint libros, hos, sepositis reliquis omnibus, diligenter cum Elseviriano I. Westeniano textu conferant, et quae ex ipsis exciperint, benevole cum literario orbe communicent.

tra eum valet universa constantinopolitanorum caterva. Denique et Syrus et Vulgatus codicis A lectionem allenione sua firmant, dissensu autem non redargunt.

Vf. 14. Quae Marcus h. l. et comm. 16 de Baptista manibus e Scheol reversis et jam per Iesum mirabilia facta patrantibus Herodem statuisse tradit, non satis cum Lucae de eadem re narratione concordare videntur. Hinc vir doctus nuper, praeeuntibus codicibus BD. 6. et Itala, colloque Luca, singularem numerum verbi ἐλέγειν in pluralem ἐλέγον (archaice in D. ἐλεγοστα) convertit, ac praeterea textum sic: ημουσεγ δ βασιλευς Ἡρωδης (Φανερον γαρ ἐγενετο) το δρομα αυτου, interpusxit, commati autem 16 interrogationis signum adposuit, ut Herodem dubitanter haec pronuntiasse pateficeret. Fatemur, optimo sic inter Marcum et Lucam convenire. Attamen nil in textu innovandum esse censemus. Plurale verbum ἐλέγον unice occidentalium fide nititur; in B vero et 6. ex oscitania librarium, ε et ο (ut saepe fit) permixtantium, irreppisse videtur. Ac si vel maxime in B consulto ἐλέγον scriptum esset, refutaretur tamē hic codex a cognatis suis. Nam praeter eum alexandrinus nullus sc legit, nec certe recensionis hujus primitiva haec fuit lectio. Tacemus, quae contra vocabulorum structuram supra propositam moneri possent.

VI. 16. Marcus, nostro quidem iudicio, scripsit: ὃν ἔγω ἀπεκφάλισα [Ιωαννη], οὗτος ἡγεθή ἐν νεφών. Haec lectio, simplicitate sua commendabilis, nec a Marci usu loquendi abhorrens, (vid. cap. 3, 35. vel etiam cap. 12, 10.) firmatur praeflantiorum utriusque recensionis veterioris codicum consensu. Cum vero proxime sequatur αὐτος, facilime festinantes librarii hanc vocem arripuerunt, eamque in locum του· οὗτος substituerunt. Hinc enata est lectio codicis 33 et Origenis, quam plures etiam versiones exprimunt: ὃν ἔγω ἀπεκφ. Ιωαννη, αὗτος ἡγεθη. Hanc lectionis varietatem notavit aliquis in codicis sui margine. Alius, marginali illa nota deceptus, utramque lectionem conjunxit: ὃν ἔγω ἀπεκ. Ιωαννη, οὗτος αὗτος ἡγεθη. Tandem ab aliis ἐστιν intercalatum fuit: ὃν ἔγω ἀπεκ. Ιωαννη, οὗτος εστιν, αὗτος ἡγεθη.

Versus 33. variis modis interpolatus est. Nam non solum οἱ ὄχλοι post ὑπαγοντας, et αὐτον (pro quo in permultis legitur αὐτους) post ἐπεγνωστην inficia sunt, sed ad finem etiam commatis duo accessere additamenta, quorum alterum in alexandrinis, alterum in occidentalibus libris textui olim assutum fuit, nunc autem ambo conjuncta in vulgari textu extant. Nimirum in occidentali recensione comma nostrum, omisis verbis και προηλθον αὐτον, sic terminabuntur: συνεδραμον ἔστι. και συνηλθον προς αὐτον ή. συνηλθον αὐτον, unde nonnulli porro exsculperunt συνεισηλθον προς αὐτον ή. προσηλθον προς αὐτον.

codex A vero ex proxime antecedentibus repe-
tiit τυνεδραμον προς αὐτον: quae librariorum in
variando illo και προηλθον αὐτους sedulitas ac
inconstantia haud dubius senioris interpolationis
index est. Ab occidentali familia et ab his, qui
additamentum ab illa inculcatum in varias trans-
fuderunt formas, prorsus discordant alexandrinii,
nimurum BL (C hoc loco hiat.) Copt. et Arm.
Hi, omisso και συνηλθον προς αὐτον, comma
nostrum sic finiverunt: τυνεδραμον ἐκει, και προ-
ηλθον αὐτοις I. αὐτους, quee posterior phrasis ab
aliis in και προηλθον αὐτους, ab aliis aliter mun-
tata fuit. Tacemus plures alias codicum discre-
pantias. Sed notatu maxime dignum est, su-
peresse testes binos, Euthymium, tam editum
quam manuscriptum, et codicem latinum col-
bertinum, qui, spretis cunctis iisis assumentis,
nil habent praeter τυνεδραμον ἐκει. Hanc lec-
tionem, omnium simplicissimam, quam Persa
etiam, prout in bibliis polyglottis editus est, in
suo codice invenisse videtur, caeteris omnibus
praeferendam esse confidenter pronuntiaremus,
nisi superesset alia, isti eam ob causam fortasse
anteponenda, quoniam ex ipsa, tanquam commu-
ni fonte, cunctarum reliquarum origo facilius
adhuc derivari potest. Nimurum codex 1, per-
antiquarum lectionum plenus, et praestantiora
Italae exemplaria hanc habent communis nostri
clausulam: τυνεδραμον, και ηλθον ἐκει. Quis
est, quin intelligat, ex isto και ηλθον facillime
oriri potuisse cum και προηλθον tum και συνηλ-
θον, illud apud alexandrinos, hoc apud occiden-

Fertic. II.

H

ta-

tales, et ex duobus his glossematisbus prognatas esse caeteras inter se dissidentes lectiones omnes. Nec multum a codice i discedit Syrus, quamvis in hoc glossematum prima quasi flamina jam deprehendantur. Habet enim συνεδραμον, και προηγθον αυτον ειναι. Similiter fere vetustissimus veronensis latinus: concurrerunt ibi et convenerunt illuc. Ex his vero patet, voculam ειναι non eundem semper locum occupare. In plerisque non solum vulgaribus, sed in alexandrinis etiam ac occidentalibus libris, imo in Euthymio quoque cohaeret cum συνεδραμον. At codex i cum Syro et quidam priscae latinae versionis libri regiunt istud ειναι post και ηλθον f. προσηγθον. Quin nonnulli Italae codices bis expresserunt ειναι, hoc fere modo: concurrerunt illuc, et venerunt illuc. Atque hinc colligi posse putabis fortasse, illud quoque και ηλθον, mox ante mox post ειναι possum, infiticium esse. Nos quidem lubenter lectori cuique optionem permittimus, utrum cum Euthymio: συνεδραμον ειναι, an cum codice i. συνεδραμον και ηλθον ειναι legere malit, et hoc duntaxat defendimus, nec και προηγθον αυτους neque και συνηγθον προς αυτον, multoque minus utrumque simul conjunctum, genuinum esse.

VI. 36. Admodum probabile est, vulgarem textum: ἀγορασωσιν εαυτοις ἀρτους τι γαρ Φωγωσιν οὐκ ἔχουσιν, glossematisbus esse contaminatum. Loco istorum verborum primarii utriusque recensionis vetustioris codices ac interpretes habent: ἀγορασωσιν εαυτοις τι Φωγειν seu ἀγορα-

σω-

σωτιν ἔμυτοις τι Φαγωσιν. Iam subobscurum illud τι Φαγειν, quod mox in τι Φαγωσιν transiit, explanare aliquis studuit, in ora adscribendo: ἀρτους seu cibos. Paulo post, ut fieri afferat, glossema cum textu coaluit. Hinc Vulgata: emant sibi cibos, quos (eis, quas) manducent. Deinde accessit scholion: οὐ γαρ (l. ὅτε
ώδε εὖ) ἔχουσιν, quod mox in textum immigravit, ut videre licet in codice veronensi, qui singula corpusculi recens nati membra, nondum quidem apte coagmentata at juxta se tamen posita, monstrat: emant sibi panem. (ἄρτους)
et quas manducent; (τι Φαγωσιν) quia hic non habent. His e glossemate et e scholio ita consarcinatis, facilis iam patebat in textum vulgo receptum transitus.

Vf. 51. Και ἐθαυμαζον abest ab alexandrinis et a codicibus nonnullis, qui vetustas lectiones saepius quam alii servarunt; apud Syrum autem locum mutat. Ergo suspectum est.

Vf. 53. Καὶ προσῳδισθησαν deest in occidentalibus et in Sro Perpeiram! Omissa haec fuere,
1) ob recurens και in και προσῳδισθησαν. Και, id quod librarios, eos praesertim, qui e codice στιχησως exarato textum extribuerent, facile fellit; 2) quia prorsus supervacanea esse putabantur; praecedit enim ἡλθον ἐπι την γην Τευνησαρετ, et sequitur και ἐξελθοντων αυτων ἐκ του πλοιου: non opus, nedum ineptum esse videbatur, his interponere pleonasticum και προσῳδισθησαν,

3) apud Mattheum quoque nulla τὸν ἡρῷος
μίσθιον mentio injicitur; tandem 4) offendit
fortasse librarios etiam vocabulum raro obvium
ac minus notum, quippe quod in Novo Testa-
mento nusquam, praeter hunc solum locum, oc-
currit, nec in graeca LXX interpretum versione
reperitur. Tot tamque luculentae causae cum in
promptu sint, e quibus facillime intelligi queat,
qui evenerit, ut verba ista praetermitterentur a
scribis nonnullis, assentiri non possumus cl. Mat-
thaeio, sedulo inculcanti, eam solummodo ob-
tem neglecta illa esse, quoniam interjacent inter
praecedentis anagnosmatis finem et subsequentis
initium. Sed multo adhuc magis a vero abhor-
rent, quae Vir celeb. inde consequi commentus
est. Pergit enim: „Quae cum ita sint, (h. e.
cum omissione, de qua hic sermo est, non aliunde
quam ex Evangeliorum et talium textus per-
petui codicum, qui anagnosmatum αρχας et τε-
λη in ipso textu notare solent, conditione ac dis-
positione derivanda sit,) colligo, Cantabrigensem
(Wetsteinianum D) haud adeo vetustum esse. Nam
vetustissima lectionaria (mosquensis) b. et h.
lectione Marc. 6, 45 — 53. plane carent. Nec
codex V (mosquensis, qui anagnosmatum αρχας
et τελη textui alias adpingit) hanc lectionem
notat. Ergo ex hujus aetatis codicibus non po-
tuit corrumpi (Cantabrigiensis, sed librarius qui
eum scriptis decepsis fuit per Lectionaria satis
recentia). Omnino autem in aetate codicum con-
stituenda vehementer in nonnullis codicibus (qui-
bus Vir cl. infensus est) peccatum est a superioribus

(No-

(Novi Testamenti) editoribus.“ Sic Ille! Sed sua sponte corrunt haec omnia, cum fundamenta, quibus superstructa sunt, emota jam a nobis sint ac disiecta. Nec fas est, in lite de codicis cantabrigiensis aut claromontani aliorumve his aequalium aetate dirimenda, judicium sibi arrogare Virum, qui nullum eorum suis oculis usurpat, nec intenta mente diversas et fatis venustas manus plurium correctorum, qui longa serie sece excepere et in immutando primaevum codicum istorum textu elaboravere, examinare potuit.

Vf. 54. Post ἐπιγνοντες αὐτὸν codices non paucum versionibus compluribus addiderunt οἱ ἀρ-
δεῖς του τοπου s. του τοπου ἐκείνου. Haec cl.
Matthaei ex Evangelioriis, in quibus novum
anagnosma ab hoc comitate incipit, huc tradu-
cta esse precastio sumit, et cupide hinc occasionem
arripit declamitandi contra codices et interpre-
tes sibi exos, nominatim contra codd. A (quem
ingeniose divinum appellat,) 1. 13. 28 33. 40. 61.
69. 72 aliosque, et Syram, de qua Vir lepidissi-
mus nobis narrat, inspectantibus Apostolis ex
Scholiis graecorum et ex versione latina vulgata
consutam eam esse, Griesbachiumque simul ac-
cusat, quod in (priore) sua N. T. editione hanc
lectionis varietatem *callide* silentio preffrerit. Sed
iterum, suo certe merito, vapulat Vir celeberrimi-
mus. Manifestissime enim verba, de quibus qua-
ritur, ex Matthaei loco parallelo cap 14, 35. irre-
pserunt, nequaquam ex Evangelioriis, quorum fal-
tem pleraque (mirum dictu!) ne habent quidem

illa

illa verba, sed ex antecedente commata supplent
oi (ανδρες) της γης Γεννησαετ. Caeterum addi-
tamentum istud, uti nullius est pretii, ita nul-
lius etiam momenti et commemoratione vix di-
gnum est.

Cap. VII. 2. Εμεμψαντο genuino textui adjecitum
ab iis fuit, qui periodi versu 2 inchoatae apo-
dosin versu demum 5 sequi, commata autem 3 et
4 parenthetica esse; non animadverentes, deesse
aliquid opinarentur, quod adponi debeat, ut ora-
tionis contextio rite procedat. Primum igitur Oc-
cidentales, prae caeteris ad supplendum et au-
gendum textum proni, adjecere κατεγγωσαν,
quod vituperarunt verterunt. Deinde Constantino-
politani senioris aevi similiter interseruerunt vul-
gare εμεμψαντο. Antiquiores autem Byzantini,
nec solum cod. A, sed etiam codd. E H et mos-
quensis V, quibus Gothum annumerare liceat,
additamento isto nondum inquinati sunt, quod
nec Alexandrini, ut e codd. B L (C hiat) 102 et
versi. copt. ac aeth. patet, admiserunt. Quid?
quod ne omnes quidem Occidentales interpolati
sunt; antiquissimos enim latinus codex veronensis
lectionem breviorem servavit, quae etiam in cod.
graeco 157 cum occidentalibus plerumque confor-
mante, superest. Imo Syrum quoque primitus ad-
ditamento, quod in ejus versionem postea irrepsit,
caruisse admodum probabile sit ex Arab. polygl. et
erpen, et e Pers. polygl. Itaque satis superque gravis-
simorum testimoniis auctoritate suffulta est lectio, quae
jam in se spectata omnibus αυθεντιας indicis ex-

cel- I

cellit, nexusque sermonis hic est: ἴδοντες τι-
ρας των μαθητων ἐσθιούτας ὄφους, ἐπειτα ἐπε-
ρωτώσιν αὐτον κ. τ. &c. Sed ne illud quidem ἐπει-
τα extra omnem dubitationem positum est. Pro
eo enim Alexandrinī et Occidentales, consentiente
te Syro, exhibent και, quod simplicius est et ali-
bi etiam non raro inchoandae apodosi inservit. In
hujus voculae locum majoris claritatis causa sub-
stitutum a nonnullis fuit significantius ἐπειτα,
licet hoc vocabulum apud Marcum alias nusquam
legatur, nec ab ullo librorum Novi Test. auctore
sensu eo, qui hoc loco (praesertim jugulato τῷ
ἐμεμψάτῳ) admitti deberet, usurpatum fuerit.

Vf. 3. πνυγη procul dubio genuinum est. Annum
errore enatum ex eo est in codicibus nonnullis Oc-
cidentalium, velut in D, πνυμη, quod, cum sensu
carere videretur, nonnulli hariolando verterant
primo s. prius, alii momento, alii, conjicientes
πνυη et hoc pro πνυνα s. πνυκως accipientes, in-
de exculpserunt crebro s. subinde. Syrus antem,
vertens sedulo, non verbum verbo reddere voluit,
sed sensum, pro suo more, expressit.

Vf. 5. Vulgari ἀνιπτοις χερσι praetulerim equidem
κοινωνις χερσι. Hoc enim non tantum potiorum
codicium alexandrinorum et occidentalium consen-
sus roboratur, sed interna atiam veri specie nitet.
Quid enim causae fuisset, cur Marcus, lectori-
bus rerum judaicarum minus gnaris scribens, com-
matae 2 discipulos Iesu narraret commedisse κοι-
νωνις χερσι, addita interpretatione τοιούτοις α-

vittorios, adjectaque uberiore ritus judaici explanatione οἱ γὰρ Φαρισαῖοι κ. τ. ἐ. nisi in animum jam induxisset, ipsissima mox referre verba Pharisaeorum, discipulos apud magistrum accusantium: διετί οἵνως χερσὶν ἐσθίουσιν οἱ μαθηταὶ σου; Certe, si vñ. 5. scripsisset διετί ἀνιπτοῖς χερσὶν ἐσθίουσι; etiam comm. 2 scribere debuisset eidov ἀνιπτοῖς χερσὶν ἐσθίοντας, nec solum inutile ac supervacaneum sed ineptum paene fuisset, vocabulo οἵνως vñ. 2. uti, quod auctor ipse lectoribus suis tam obscurum esse sciret, ut illud sine adposita explicatione intelligere nequirent. Contra vero, si comm. 5 scriptum fuisse ponas: διετί οἵνως χερσὶν ἐσθίουσιν; omnia optime cohaerere deprehendes, ac liquido tibi apparebit, necessario etiam vñ. 2. commemorandas fuisse οἵνως χερεῖς, adjuncta tamen vocis οἵνως significatio in scholis Pharisaorum usitata et quasi technica.

VI. 9. loco τηγησῆτε, quod opponitur τῷ ἀθετεῖτε, occidentales habent στησῆτε. Cum στησαι Rom 3. 31. opponatur τῷ ικαρίσειν quod profrus synonymum est nostro ἀθετεῖν, et Hebr. 10. 9. contrarium sit τῷ ανακίσειν, ut Rom. 3. 31. τῷ εὐχ ὑποτασσεῖται, lectio στησῆτε merito suspecta nobis esset, si ea apud Alexandrinos aut Byzantinos reperiretur; recte enim luculentioris antitheseos causa in textum invectam eam esse judicaremus. Sed reperitur ea potissimum in Occidentalium monumentis, in quibus concinnioris graecorum vocabulorum antitheseos ratio haberet
fo.

folet nulla. Hinc στησόμενος probabilem esse lectio-
nem statuimus.

Vl. 14. πάντα e mox sequente πάντες, quod nimis
festinantis librarii oculi fortasse praeripuerant, ori-
ri potuit. Cum vero πάλιν et πάντα facillime
confundantur, nil definimus, quamquam πάλιν
eo etiam defendere possemus, quod parum con-
venienter positum videri debebat librariis, qui in
praecedente narratione nihil de priore aliqua po-
puli convocatione legissent. Sed sine dubio ante
prandium, cuius mentio facta est vs. 2., Iesu po-
pulum docuerat, et nunc post prandium, finitaque
disputatione cum Pharisaieis vs. 5.—8., eundem
iterum convocabat. Vide etiam quae de frequen-
ti vocis πάλιν apud Marcum usu mox ad cap. 8,
1. differemus.

Versum 16, a solis Alexandrinis praetermissum, om-
nino retinendum esse arbitramur.

Vl. 17. ἐπερωτῶν αὐτὸν τὴν παραβολὴν, tamquam
phrasin inusitatam et duriusculam, probabilibus
lectionibus annumerare haud dubito. Pauci qui-
dem, sed partim ex alexandrina partim ex occi-
dentali stirpe oriundi testes eam tuentur. Scili-
cet ἐπερωτῶν αὐτὸν τὴν ἐξηγησιν τῆς παραβολῆς. Me-
tonymice dictum, ut Matth. 13, 18. ἀκουσατε τὴν
παραβολὴν του σπειρούντος, h. e. accipite jam para-
bolae antea vobis propositae *sensum*.

Vl. 19. vulgare καθαρίσον, pro quo Alexandrini et
ve-

vetustiores. Byzantini nonnulli habent καθαρίζων, retinere malimus. Saepissime enim librarii σ et ω permutant. In hujus generis locis, praesertim subobscuris et a communi loquendi uso recedentibus, codicum numero aliquid dandum est, nisi graves rationes ex ipsa lectionis indole petitae obstant.

VI. 24. καὶ σιδῶνος ε Mattheo (collato etiam Marc. 7. 31.) huc translatum esse videri posset. Sed qui h. l. verba illa omittunt, iidem fere (accidentibus tamen aliis nonnullis) commate 31. loco ἐξελθων εκ των ὄρων τυρού καὶ σιδῶνος, ηλθεν εἰς την Θαλασσαν της γαλιλαίας, exhibent ἐξελθων εκ των ὄρων τυρού, ηλθε δια σιδῶνος εἰς την Θαλ. της γαλ. Amborum locorum, nostra ex sententia, eadem est ratio. Servata lectione vulgari versu 31, retinendum etiam erit versu 24 καὶ σιδῶνος. Contra vero, mutato illic καὶ σιδῶνος in δια σιδῶνος, rectius a nostrō commate aberit καὶ σιδῶνος. Utra autem commate 31 praeferenda sit lectio, judicatu est difficile. Δια σιδῶνος tueruntur non solum potiores utriusque recensionis vetustioris codices, sed pleraque etiam versiones, scil. Copt. Aeth. — It. Syr. hierol. Vulg. — et praeter has arabicae translationis recensiones tres, e quarum concantu probabile redditur, olim in Peschito quoque sic lectum fuisse. Accedit, credibile esse, 1) καὶ σιδῶνος ε loco parallelo Matth. 15, 21, primum in comma nostrum 24 irrepsisse, atque hinc in comma quoque 31 propagatum esse, 2) librariis ac scholiastis lectionem

δια

δια σιδωνος ideo displicuisse, quia absonum ipsius videretur, de finibus Tyri versus lacum Genesaret profecturum iter fecisse per Sidonem. Sed absonum id neutiquam fuisse. Ex universo enim narrationis nexu appareat, Iesum insidias Pharisaorum, qui ab Hierosolymis advenerant vs. 1. evitatarum, e Iudeorum regionibus in vicinorum Ethniconum (vs. 26.) ditionem consulto secessisse, ac commemorationis suae locum celari voluisse vs. 24. Cum vero ne in Tyriorum quidem terris laterē se posse intellexisset vs. 24, ulterius Sidonem versus progressus est. Itaque ἐξελθων ἐπει των ὄρτων τυρου, ἥλθε δια σιδωνος elapsi aliquo tempore εἰς την Θαλασσαν της γαλιλαιας, neque tamen Capernaum aut in aliam urbem, ubi cunctis notus esset, concessit, sed ἀνα μέσον των ὄρτων Δεκαπολεως aliquamdiu degit. Quibus omnibus rite expensis, lectionem ἥλθε δια σιδωνος haud improbabilem esse arbitramur, licet cogi ex his quae diximus nequeat, eam unice veram esse.

Vf. 50. Et si in multis codicibus insignibus et in plerisque versionibus ordine inverso legitur: εὗρε την Θυγατεραν Βεβλημενην ἐπι της κλινης, καὶ το δωματιον ἐξεληλυθος, nihil tamen in textu mutamus. Si enim illam lectionem primitivam fuisse statuas, causam afferre poteris nullam, qua permotii librarii narrationem admodum planam et perspicuam in alium redegerint ordinem. Sin vero Marcum sic uti in editionibus nostris legimus scripsisse ponas, statim perspicies, quid sit, quod librarios et interpretes offenderit. Nimirum aegre ferebant

ΣΤΕ

υστερον προτερον, quod narrationi inesse putabant. Quippe mater non invenit το δαιμονιον ἐξεληλυθος, sed invenit την θυγατέρα βεβλημένην ἐπι της κλινης (sedatam ac tranquillam, cf. Marc. 5, 15) atque hinc intellexit, daemonium quo antea puella ἤλαυνετο, (coll. Matib. 8, 29. 47. et Marc. 5, 3-4. 5.) jam ex ea exivisse. Caeterum versiones in judicandis hujuscemodi lectionibus multo minus ponderis quam in aliis habent.

Vf. 32. Μογιδαλος, quod h. l. in libris editis plerisque et manuscriptis vetustioribus, ut et apud LXX interpretes in editionibus Heerwageniana, Wecheliiana, Romana et Grabiana Ies. 35, 6. ac apud Aquilam, Symmachum et Theodotionem Exod. 4, 11. (ubi LXX. verterunt δυσκωφος) invenitur, denotat hominem aegre ac difficulter loquentem. Veteres medici, notante Stephano in Lexico graeco, μογιδαλους appellarunt τους ἀγκυλογλωσσους, hoc est eos quorum lingua impedita est, quia vel ulcus sub lingua cicatricem duriorem obduxit, vel etiam membranulis duriusculis lingua est adstricta. Ab his μογιδαλοι distinxisse videntur veteres τους μογγους, id est eos, qui submissa tantum voce, non autem clara et sonora loqui possunt, λεπτοφωνους, seu (quod de Mose Exod. 4, 10, et 6, 30. LXX interpretes usurparunt,) ἴσχυροφωνους. Μογγοι vero dici etiam poterant μογιδαλοι, quod vocabulum hoc nostro loco in multis codicibus graecis, maxime junioribus, reperitur. Fortasse vero μογγοι seu μογιδαλοι appellabantur etiam tali linguae aut oris vitio laborantes, quo im-

impediebantur, ne distincte certos quosdam sonos edere literasve aut syllabas nonnullas recte pronuntiare possent. Hoc sensu famosissimus Petrus, monophysitarum alexandrinorum caput et, inde a promulgato a Zenone Imp. henotico, Alexandriae archiepiscopus, Moggi seu Mongi cognomine insignitus fuisse videtur; Liberatus saltim in Breviario suo causae Nestorianorum et Eutychianorum, cognomen illud interpretatur *blasfus*. — Iam si quaeras, u'ra lectio, μογιλαλος aut μογγιλαλος, genpina sit? interrogare vicissim licet, utrum fortuito casu librarios in addenda aut demenda literula lapsos esse, an vero consulto lectionem eos immutasse, statuas? Si ex mera librariorum oscitania scripturae diversitatem, sensu manente eodem, ortam esse sumas, operae vix pretium erit ea de re contendere; quamquam equidem fatear, malle me antiquissimorum codicium, alexandrinii, vaticani, cantabrigiensis, rel anchoritatem sequi. Sin ambo ista vocabula vi ac potestate differe, ac de industria alterum pro altero positum esse putes, praeferimus μογιλαλος. Nam si μογιλαλος est qui ἀγωλογωσσω laborat, in hunc optime quadrant verba, quibus comm. 35. sanatio hominis describitur: ἐλυθη δε σμος της γλωσσης αυτου, populusque minus ad rem accommodate de *blasfi* quam de hominis *difficulter* loquentis curatione comm. 37, exclamasset: τους αλαλους ποιει κακειν. Nempe αλαλος accipi hic potest uiri αδινατον, non solum quod ullo modo fieri nequit, sed etiam quod arduum ac difficile est, significans. Fraudis librariis, ni fallimur,

mur', fuit vox ὁρθῶς in και ἐλαλεῖ ὁρθῶς comm.
 35. cuius sensum nimis prementes, consequi
 ex ea putarunt, hominem a Christo sanatum non
 μογιλαλον fuisse, sed μογγιλαλον. Sensus autem
 esse videtur: difficultate loquendi ($\tauω \deltaεσμω$)
 sublata, non solum promte, sed recte etiam ac
 distincte loqui potuit.

Cap. VIII. 1. παμπολλου, vocabulum bene graecum,
 quod vero in Novi Test. libris nusquam nisi hoc loco
 reperitur, suspectum est. Oriri potuit vel e graecorum
 librariorum, παλιν πολλου, quod in 14 codicibus
 veteribus et bonis extat, cum παμπολλου con-
 fundentium oscitantia, vel etiam e Lectionariis, ne-
 cessario vocem παλιν in anagnosmatis principio
 omittentibus. Certe in pluribus Evangelistariis
 nec παλιν πολλου legitur neque παμπολλου: non
 nullata tamen exhibent vulgare παμπολλου, quod in
 hoc librorum genere, in primis autem in iis tex-
 tus perpetui apographis, quae lectionum ecclesias-
 ticarum initia in margine habent adjecta, facil-
 lime ex παλιν πολλου enasci potuit, si librarius,
 tam codicem usui ecclesiastico accomodans, in
 textu quidem παλιν πολλου, in Lectionario autem,
 unde anagnosmatum initia petebat, πολλου in-
 veniebat. E binis lectionibus, ante oculos ipsius
 simul obversantibus, proculit παμπολλου, ex
 utraque quodammodo consuetum et omisi παλιν
 quaedam quasi vestigia, quod ad sonum spectat,
 servans. Mirabilis est cl. Maithaei ad h. I anti-
 madversio „Crediderim, inquit, nullum codicem
 hic habere παλιν πολλου praeter eos, qui ex Vul-
 gata

gata sunt corrupti. Illi enim istud Latinissimum et Italissimum iterum reddiderunt παλιν." Sed unde, quaeo, illud Latinissimum et Italissimum iterum pervenit in codices latinos non solum, sed in versiones etiam copt. aeth. arm. arabb. goth. ? Aut quibus argumentis evincet Vir cl. istud iterum prius in latinis, quam παλιν in graecis libris existisse? Nonne multo probabilius est, latinum aequa ac caeteros interpretes mox laudatos isto iterum fideliter expressisse graecum παλιν? Quid? quod παλιν Marci ipsius stilum sapere videtur. Solet enim Noster, similia iis quae antea narraverat traditurus, hocce παλιν frequentitare; id quod permultis exemplis doceri potest. Vide his cap. 2, 1. coll. 1, 21. cap. 2, 13. coll. 1, 16. cap. 3, 1. coll. 1, 21. cap. 3, 20. coll. vs. 7. cap. 4, 1. coll. 3, 7. cap. 5, 21. coll. vs. 1. cap. 8, 13. coll. vs. 10. cap. 10, 1. coll. 9, 14. rel. Quin vix in ullo ad hoc de quo sermo nobis est genus pertinente Marci loco illud παλιν frustra quæreres. Quid ergo? nonne probabile tibi videbitur, nostro quoque loco Evangelistam pro suo move adposuisse παλιν, quo lectores ad aliam ablegaret narrationem nostrae longe simillimam, quam paullo superius cap. 6. 34 — 44. literis consignasset. At librarii, inquies, scribendi modum auctoris imitaturi, illud παλιν in textu fortassis intercalarunt! Verum enim vero hoc hominum genus ab hujusmodi animadversionibus subtilioribus et vere criticis aequa alieni sunt, ac clarissimus animadversionis ad examen hic revocatae auctor, quem gravibus somniis de spectris latinissimis et italissimis

ac

ac de Egregoribus vulgaritibus et occidentalibus et alexandrinis, imo etiam de hermaphroditis alexandrino-vulgaritibus perpetuo misere vexari, dolamus.

Vl. 2. Loco ἡδη ἡμεραι τρεις, προσμενουσι μοι καὶ οὐκ ἔχουσι τι Φαγωσιν, in codice cantabrigiensi et multis Itala libris legitur: ἡδη ἡμεραι τρεις εἰσιν, ἀπὸ ποτε ὧδε εἰσι, καὶ οὐκ ἔχουσι τι Φαγωσιν. Non sine aliqua veri specie conjicere possis, utramque lectionem: προσμενουσι μοι et εἰσιν ἀπὸ ποτε ὧδε εἰσι, infitiam esse, primitivum autem textum breviorem fuisse nemipe hunc: ἡδη ἡμεραι τρεις, καὶ οὐκ ἔχουσι τι Φαγωσιν *). Sed re

*) In priore mea Novi Test. editione in margine interiori hancce suspicionem brevissime siglis sic expressebam: § — προσμενουσι μοι. § — εἰσιν, ἀπὸ ποτε ὧδε εἰσιν. Hujus siglae vim ac potestatem pagina praefationis XXI. sic declaraveram: „§— aut § — innuit, magis minusve probabile esse, verba, sic notata, esse e numero additamentorum, diversimode in diversis recensionibus textui adjectorum.” Itaque siglis istis neutiquam ambiguis indicaveram: posse quidem conjicere aliquem, verba προσμενουσι μοι additamentis eodem jure annumeranda esse, quo verba in alia recensione obvia: εἰσιν ἀπὸ ποτε ὧδε εἰσιν pro infiticiis habeantur ab omnibus; mihi autem istam de jugulandis verbis προσμενουσι μοι conjecturam minus probabilem videri, eamque ob causam simplici tantum obelo, § —, non § —, usum me hic esse. Utut vero plana haec erant et perspicua, nihil tamen feciis cl. Matthaei ad h.l. „Frustra, inquit, Griesbachius hic in interiori margine commendat εἰσιν ἀπὸ ποτε ὧδε εἰσιν.” Ego vero a commendanda ista lectione longissime absui. Meo au-

tom

re curatiis perpenfa, nihil expungendum, sed lectionem primo loco a nobis extitamat omnino defendendam esse existimamus. Nimirum phrasis inusitata: ἡδη ἡμεραὶ τρεις προσμενουσι μοι ναι (quam optimi codices apud Matthaeum aequae ac apud Marcum tuentur,) offendit librarios qui triplici modo corrigerē eam tentarunt. Iuniores codices et vulgares editiones habent ἡδη ἡμερας τρεις προσμενουσι μοι, ναι etc. Vaticanus autem exhibet ἡδη ἡμεραις τρισιν προσμενουσι, ναι etc. Tandem Cantabrigiensis, ut diximus, offert ἡδη ἡμεραι τρεις εισιν, ἀπο ποτε ὧδε εισι, ναι etc. Omnium harum discrepantiarum origines facilime derivantur e lectione ἡδη ἡμεραι τρεις, προσμενουσι μοι, ναι etc. quae hoc ipso iudicio genuina esse cognoscitur.

VI. 7. nonnulli ante εὐλογησι, alii post εὐλογ., aliis ante παραθειναι, alii post παραθ. ponunt αὐτα (scil. ιχθυδια) s. ταυτα s. ναι αύτα s. ναι ταυτα. Hac inconstantia librariorum additamenta ista omnia suspecta redduntur. Si Marcus scripsit: ναι ειχον ιχθυδια ὄλιγα, ναι εὐλογησας ειπε παραθειναι, affumentorum omnium origo manifesta est.

Ergo

rem jure judicem deprecor Virum, qui ne sigillarum quidem a me usurpatarum et accurate explicatarum significationem cognitam habet ac perspectam. Caeteram in secunda editione non ab hujus solum siglao sed ab aliarum etiam isti similius usu prorsus me abstinui, ne nimia diversarum notarum (quamquam haud inutilium) multitudine lectoribus taedium crearem.

Ergo brevissima lectio hoc quoque loco primitiva esse videtur. Quamcumque enim e caeteris genuinam esse statuas, ut primum reliquarum ortum declarare tentes, mox fateri debebis, difficer fieri id posse.

Vl. 13. *εἰς τὸ πλοῖον* (seu, ut alii rectius legunt *εἰς πλοῖον*) quamvis absit a solis Alexandrinis, tamen valde dubium est. Ellipseos enim supplementum ultra offerebat comma 10; causae vero cur ista verba omissa sint, apparent nullae. Videri quidem posset, saltum fecisse librarios a παλιν ad πλοῖον, atque sic excidisse *εἰς πλοῖον*. Sed huic conjecturae calculum nostrum adjicere nequimus, quoniam in codicibus ista verba omittentibus vocula παλιν non ante *εἰς πλοῖον* sed ante *ἐπιβασίς* posita est.

Vl. 17. ETI post *τυγχανεῖτε* sola librariorum incunaria excidisse, ex eo probabile fit, quod in ejus locum alii ὄτι aliis οὐτω substituerunt. Cantabrigiensis in graeco textu praetermisit *ἔτι*, sed in latina versione exprefuit *οὐτω*.

Vl. 22. solus Cantabrigiensis cum nonnullis Italae codicibus et Gotha *βηθανιαῖ* exhibent pro *βηθανίδαι*, quae lectio minime quidem, ut nonnullis vita fuerat, absurda est, id quod ven. Paulus in suo Commentar. ad h. I acute demonstravit; verum parum tamen probabilis nobis videtur. Nam primo, si, ut h. I., nōmina duarum urbium, praesertim majusculis literis scripta, facilissime a librariis

mu-

permutari possunt, ea lectio multo est altera potior, in quam plures codicis familiae et, quae maxi-
mi in hoc discrepantiarum genere momenti sunt,
versiones paene omnes consentiunt. Deinde Beth-
saida seu Julias, in orientali litore lacus Gene-
sareth versus septentrionem sita, media fere inter-
jacet inter Dalmanutham seu Magdalam Marc.
8. 10. coll. Matth. 15. 59. et Caesaream Philippi
Marc. 8. 27. Matth. 16. 13. Ex quo consequitur,
ipsam narrationis Ieriem favere lectioni Βηθσαι-
δαν. Tandem, cum Dalmanuthae non minus quam
alibi (Marc. 7. 1.) Phariseos insidias sibi strue-
re animadvertisset Iesus, nulla aut exigua inter-
posita mora nave eadem, qua advenerat, Marc. 8,
10. 13. 22, reversus esse videtur eo, unde venerat,
hoc est in desertum, Marc. 8. 4. quod, nisi nos
omnia fallunt, erat desertum Bethsaidae, Luc. 9,
10. ubi bis panes distribuerat populo. Marc. 6,
35 et cap. 8. 1. coll. cap. 7. 31. Ergo, nisi a ve-
ro aberrat conjectura nostra, το πέραν commate
nostro 13, erit litus septentrionale lacus, vicinum
deserto Bethsaidae, et oppositum meridionali litori,
cui adjacet Dalmanutha. Itaque nave profecturus
Dalmanutha Bethsaidam, totum quam late patet
lacum trajicere debet.

Vl. 24 lectionem vulgo receptam, Βλεπω τους
ἀνθρωπους, ὡς δευδρα, περιπατουντας praetu-
lerim alteri βλεπω τους ἀνθρωπους, ὅτι ὡς δευδρα
ὅρω περιπατουντας, quamquam in multis versi-
ac bonis tam alexandrinae quam byzantinae fami-
liae libris obviae. Illam enim tuentur occidentalies

recensionis testes antiquiores ac potiores una cum versionibus, si gothicam excipias, omnibus. Praeterea minus commode dictum esse videbatur: *video homines tamquam arbores ambulantes.* Quare ut clarior evaderet sententia, inde effinxerunt: *video homines;* nam *video formas proceras arboribus* quidem similes, (quas ab arboribus discernere nequeo,) at *loco sese moventes*, unde humanas eas esse figuratas colligo. Sed brevius, licet paullo obscurius, dici etiam poterat: *video homines eosque ambulantes,* at *velut arbores*, h. e. non satis distincte. Tandem quaedam quasi vestigia mutatae sensim lectionis occurrint in duobus cl. Matthaei codicibus, quorum alter ὅτι addidit, omisso tamen ὁρῶ, alter ὁρῶ inculcavit, neglecto ὅτι.

Vf. 25. *santa* est circa verba και ἐποιησεν αὐτὸν ἀνθεψατ in antiquissimis codicibus lectionis discrepantia, ut inde non parum ponderis accedat versioni syriacae ista proflus omittenti. Loco illorum verborum vetustissimus codex C habet και ἐνεβλεψε, quod in eodem hoc commate mox recurrit. Atqui si sumas, absque ipsis και ἐπ αἰνεψι., Marcum scripsisse: παλιν ἐπεθημέ τας χειρας ἐπι τους ὄφθαλμους αὐτου και ἀποκατεσταθη, και ἐνεβλεψε κ. τ. λ., omnium discrepantiarum origines explicare prouidum tibi erit. Nimurum librarius, cum ὄφθαλμους αὐτου scripsisset, praepropere artipuit και ἐνεβλεψε *), sed errorem suum statim

*) Sic verbo persica polygl. omittit και ἐποιησεν αὐτο, οικτρεψα και ἀποκατεστα.

animadverens perrexit και ἀποικεσταθη, και
ἐνεβλεψε κ. τ. λ. quae est lectio, ut diximus,
codicis C. Verum bis reperitum illud και ἐνεβλε-
ψε male habuit librarios aut lectors. Ergo alii
prius immutarunt, alii posterius. Scilicet e priori
fecerunt και διεβλεψεν, vel και ἤρξατο ἀγαθε-
ψαι, vel και ἐποιησεν αὐτον ἀγαθεψαι, vel, con-
flatis duabus lectionibus, και ἐποιησεν αὐτον ἀγα-
θεψαι, και διεβλεψεν. Qui vero posterius (an-
tequam prius illud immutatum esset) corrigen-
dum esse pararunt, in locum ejus substituerunt
ώστε ἀγαθεψαι, vel και ἀγαθεψε etc.

Ibid. ἀπαντα legitur in codicibus praestantioribus et
in versionibus paene omnibus. At magis tamen
vulgatum ἀπαντας nobis placet, tamquam obscu-
rius, utpote ad remotius αἰθρωπους referendum.
Nempe homines, quos antea viderat quidem, sed
non τηλαυγως verum ως δενδρα, hos omnes nunc
ἐνεβλεψε τηλαυγως. Libraji vero non contenti eo
quod Marcus scripsisset, sed amplificare rem cu-
pientes, ex ἀπαντες fecerunt ἀπαντα, velut ἐμφα-
τικωτερον et Christo honorificentius.

V. 34. vulgare ἀλθει e loco Matthei parallelo in
Marcum, ut etiam in Lucam, irrepit. For-
tasse ipsa etiam phrasis. ἀνολουθειν ὁ πισω τινος
displicuit nonnullis.

V. 35. post ἀπολεση in vulgaribus editionibus exta-
την ψυχην αὐτου, in plerisque libris manuscipis
την ἑαυτου ψυχην, et in cod. D ex emendatione

au-

αὐτῆν. Atque hoc αὐτῆν absque dubio lectum etiam fuit in eo libro e quo D descriptus est. Hinc librarius, qui codicem D exaravit, saltu facto ab ἀπολεσῃ αὐτῆν ad ἀπολεσῃ αὐτῆν, omisera totam ἔνσιν: ὃς δ' αὐτὸν ἀπολεσῃ αὐτῆν, suppletam deinceps a correctore. Tantus codicum in re levi disensus suspicionem movet, genuinam lectionem superesse forsitan apud solum Origenem, qui omisiss istis omnibus simpliciter posuit: ὃς δ' αὐτὸν ἀπολεσῃ Ellipſin alii aliter expleverunt. Τὴν ψυχὴν αὐτοῦ facile e Mattheo aut Luca peti poterat. Sic mox οὗτος ex eodem Luca, et commate sequente καθηρωπος e Mattheo aut Luca in Marcum immigravit.

Cap. IX. 5. Ioco ὡς χιων Origenes e Marco laudat ὡς τῷ Φῶς, quod etiam in Evangelistariis nonnullis reperitur; neutrum vero agnoscunt plures testes vetusti ac graves ex alexandrina familia oriundi. Quid? quod ultima quoque commatis verba, οἰκαγένειος ἐπὶ τῆς γῆς οὐ δυναται λευκαναι, ab antiquissimo codice latino vercellensi profus absunt, in aliis autem non uno modo immutata fuere. Hinc non sine aliqua veri specie suspiciari possit, Marcum scripisse tantummodo: ταὶ ίματια αὐτοῦ ἐγένετο στιλβοντα, λευκα λινα, ad quae verba, illustrationis et amplificationis causa, addiderint nonnulli ὡς τῷ Φῶς (e Mattheo), plerique ὡς χιων (e Matth. 28, 3); quidam οἰκαγένειος ἐπὶ τῆς γῆς οὐ δυναται λευκαναι, seu ὡς οὐ δυναται τις λευκαναι ἐπὶ τῆς γῆς, seu οἰκαγένειος ἐπὶ τῆς γῆς οὐ δυναται οὐτω λευκαναι, seu qualia quis

quis non potest facere, (e scholiis), alii, ut interpres periclus in polygl., ut homines intuitum non possent ferre, (ex alio scholio), alii denique, conflatibus duobus additamentis, ως χιων, οιο γραφεις επι της γης ου δυναται λευκαναι, quae lectio est vulgo recepta.

Vl. 16. praeferimus ἐπηρωτησεν αὐτούς, scil. τους συζητουντας, tam γραμματεις quam μαθητας. Hoc igitur omnes interrogavit: τι συζητείτε πέρις αὐτούς seu ἑαυτούς id est προς ἀληθους, seu ἐν δημι, inter vos, qua phrasι occidentales sensum ambigui προς αὐτούς declarare voluerunt. In ἐπηρωτησεν αὐτούς consentiunt veleutissimi alexandrini et occidentales. Ac quis quaeſo definitum ac nulla obscuritate laborans ἐπηρωτησε τους γραμματεις, si hoc primitus in texiu extitisset, mutatſet in vagum illud et anceps ἐπηρωτησεν αὐτούς, quod lectorem incertum relinquit, quorū ſuſt referri debeat, utrumne ad γραμματεις, an ad μαθητας, an ad utrosque, an vero ad τον ὄχλον.

Vl. 19. contra vulgo receptum ἀποριθεις αὐτοι, quod in junioribus potissimum libris reperiunt, veteres familiarum omnium antiquarum codices et versiones defendunt lectionem difficultiorem ac obscuriorēm ἀποριθεις αὐτοι. Respicit autem hoc αὐτοι, ni fallimur, ad αὐτοι commate 16. Iis quos interrogaverat τι συζητείτε, nunc, post quam pater daemoniaci totam rem exposuiflet, respondet, eosdemque graviter reprehendit. Hunc ora-

orationis nexum non animadvertisentes libri, ex
αὐτοῖς fecere αὐτῷ, quasi soli patri, qui comman-
tibus proxime praecedentibus gravissimum filii
morbum descriperat, respondisset Iesus. Offert
quidem praestantissimus codex C, quocum alii
nonnulli consentiunt, lectionem utraque illa faci-
liorem; omisso scilicet pronomine habet tantum
ἀπορίθεις λέγει, plane ut apud Matthaeum et
Lucam legitur. Sed non solum haec cum locis
parallelis consenlio, verum in primis etiam hoc
lectionem istam breviorem et facilioriem suspectam
redit, quod causa proferri potest nulla, cur in
mentem cuiquam venerit textui temere inculcare
sive fabulosum illud αὐτοῖς, sive toti narrati-
oni parum conveniens αὐτῷ. Itsque speciosa
quidem sed parum probabilis esse nobis videtur
ista codicis C lectio.

Vf. 20. idem loco idem aequa ac omissione vocis εὐθεως
atque verborum transpositio τὸ πνευμα εὐθυς arbitriae textus emendationes sunt, eo consilio fa-
ctae, ut πνευμα arctius cohaereat cum idem, et
minus nūtata verborum structura vitetur. Sed
bene textus habet. Quum miser ille homo vul-
tum intueretur Iesu, (indignabundi ac velut mi-
nitantis) perterritus tanti viri aspectu, statim
gravem morbi accessionem sensit, spasmodique tam
vehementibus conquallatus fuit, ut praecēps hu-
mi procumberet.

Vf. 21. pro παιδιόθει in librorum nonnullorum
textum irrexit glossema ἐπὶ παιδος. Postea, lec-
tio-

missione utraque in unam conflata, exortum est ēn
παιδιοθεον.

Vf. 22. το ante πνε profus repudiandum censere-
mus, nisi ultro se offerret nobis conjectura, το
sublatum esse, quo exactius εἰς πνε responderet se-
quenti εἰς ὑδατα. Verum cum pauci ex antiquis-
simis et praestantioribus libris lectioni εἰς το πνε
faveant, minus probabilibus eam annumeramus.

Vf. 23. Ad praecedens: εἰ τι δυναται, θοηητον
optime quadraret: εἰ δυναται, πιστευσαι' (i. e.
πιστευσον') ut πιστευσαι effet προπαραχυτονον,
non, ut in vulgaribus éditionibus reperitur, προ-
περιστωμενον. Fatemur autem, πιστευσαι' in
forma media nusquam occurrere in Novo Testa-
mento. Nonnulli olim loco: το, εἰ δυναται πι-
στευσαι, sensu satis commodo legisse videntur τι
(seu τι το) εἰ δυναται; unde in versionibus non-
nullis supereft: Quid est, si quid potes? aut: Quid
est quod dicas: si quid potes? Verum in graeco co-
dice nullo reperiri hoc adhuc potuit. Ergo vel
fervanda erit vulgaris lectio: εἰ δυναται πιστευ-
σαι (seu interrogative, εἰ δυναται πιστεῦσαι;) vel,
omillo ex auctoritate veterum aliquot codicum et
versionum πιστεῦσαι, legere debebis: εἰ δυναται;
hoc sensu: tunc dubitans, si potes, ais? Sed sic
quoque oratio effet contorta et ab auctoris nostri
stilo abhorrens. Paullo lenius, ex nostro quidem
sensu, fluoret sermo, si absque interrogatione enun-
ciaretur: εἰ δυναται quasi: tu, si potes, aiebas; ego
vero optimo tibi jure regero idem illud, si potes:

nam

nam qui potest credere, in ejus gratiam nil non potest fieri.

Vf. 28. retinendum in textu est ὅτι, quod interrogatori h. l. infervit, plane ut commate 11: ὅτι λεγουσιν οἱ γραμματεῖς, ὅτι Ἡλιαν δει ἐλθεῖν πρωτον; et in aliis Novi Testamenti et versionis των ὁ locis. Matthaeus eodem sensu scripsit: διατι τι οὐκ ἡδυνηθῆμεν ἐνβαλειν αὐτό; et τι οὐκ οἱ γραμματεῖς λεγουσιν κ. τ. ἐ. Hinc illud διατι a Mathaeo usurpatum in haud paucos (bonae cæteroqui notae) libros nostro commate irrepit.

Vf. 38. in textu vulgari legitur: εἰδομεν τινα ἐν τῷ ὀνοματε σου ἐνβαλλοντα δαιμονια, ὃς οὐκ ἀνολουθεὶς ἡμιν, και ἐποιησαμεν αὐτον, ὅτι οὐκ ἀνολουθεὶς ἡμιν. Sed veteres Alexandrini, consentiente Syro, ὃς οὐκ ἀνολουθεὶς ἡμιν omittunt; ab occidentalibus autem adest ὅτι οὐκ ἀνολουθεὶς ἡμιν. Qui utrumque defendere cupiunt, non sine aliqua veri specie, praetente Erasmo, praetexere possunt, consulto alterutrum a sciolis libratis jugulatum esse, ut tautologia vitaretur. Verum enim vero, cum inter antiquissimos testes nullus omnino sit, qui utrumque simul exhibeat, quidni conjicimus potius, neutrum a Marco scriptum fuisse? quam suspicionem firmare quodammodo videtur Syra philoxeniana, quae omisso ὃς οὐκ ἀνολουθεὶς ἡμιν, habet quidem ὅτι οὐκ ἀνολουθεὶς ἡμιν, sed asteriscum, additamenti indicem, hisce verbis praefigit. Ac facillimo sane negotio utriusque στίχου ortus e parallelo Lucae loco derivari potest. Et enim

enim Lucas scripsit: εἰδομεν . . . ἐνβαλλοντα
 (τα) δαιμονια, και ἐκωλυσαμεν αὐτον. ὅτι οὐκ ἀπο-
 λουθει μεθ' ήμων. Iam si sumas, Marcum,
 omissis quae pastim ab alexandrinis partim ab
 occidentalibus absunt, scripsisse: εἰδομεν . . . ἐν-
 βαλλοντα δαιμονια, και ἐκωλυσαμεν αὐτον, dubi-
 tare vix poteris, librarios, ut est hoc hominum
 genus, pronus fuisse ad supplendum e Luca quod
 ad faciliorem narrationis intelligentiam in Marco
 desiderabant. Cum vero additamentum e Luca
 peritum orationi nostri Evangelistae annexere jam
 vellent, accidit (quod in additamentis fieri so-
 let), ut non uno eodemque loco affuerent. Non-
 nulli (scil. Alexandrini) servato Lucae ordine past
 και ἐκωλυσαμεν αὐτον id collocarunt, alii vero (Oc-
 cidentales) ante ista verba, leviter mutato ὅτι in
 ὁς, inculcarunt. Quid? quod adhuc in codici-
 bus perantiquis haud obscura superfunt vestigia,
 quae docere nos possint, unde et quanam via in
 Marcum illa immigraverint. Nimirum Lucas usus
 est phrasι ἀπολουθει μεθ' ήμων. Atqui haec, ori-
 ginis suae prodrrix, in Marco reperitur adhuc
 apud occidentales non solum, sed etiam apud
 alexandrinorum saltem unum. Scilicet Cantabri-
 giensis (graece et latine) ac vetustissimus Vercel-
 lensis, omittentes ὅτι οὐκ ἀπολουθει μεθ' ήμων:
 codex autem L quoad singulas paene literas concinit
 cum Luca; habet enim εἰδομεν . . . ἐνβαλλοντα
 δαιμονια, και ἐκωλυμεν (sic quoque apud Lucam
 in hoc codice legitur loco ἐκωλυσαμεν) αὐτον,
 ὅτι οὐκ ἀπολουθει μεθ' ήμων. Postea vero li-
 bra-

brarii plerique in locum τον μεδ' ήμων substituerunt usitatus ήμων, id quod non in Marci tantum textu evenit, sed in ipso adeo Luca similiter tentatum fuit in codicibus F. 28. 69. aliisve. Sed απορεούσις Evangelistae hic scripsissent ἀνολογίας ήμων. Nam discipuli non hoc volunt: iste non sectatur nos, sed hoc potius: non nobiscum sectatur te. Quae omnia curate secum reputare qui volet, largietur nobis, valde probabile esse, neutram istarum ἁγίων profectam esse a Marco. At objicies fortassis, illam breviloquentiam quam Marco hic vindicare conati sumus, parnm videri consentaneam scribendi generi hpic viro proprio: solere enim cum, quae narrare decreverit, copioso sermone persequi ac quantum fieri potest plenissime describere, nec περιστάσεις ab aliis commémoratas negligere, sed novas potius addere. Nos quidem scite haec observata esse, ultra concedimus, et hanc ipsam ob causam cum nemine decentaturi sumus, qui alterutrum suspectarum ἁγίων in textu servare malit. Iam vero si optio detur, utra eliminanda, utra retinenda sit, equidem praetulerim posteriorem ὅτι οὐκ ἀνολογίας ήμων priori ὅς οὐκ ἀνολογίας ήμων. Textus enim sic constitutus optime ad Lucam consonaret, cuius vestigiis Marcum in hac narrationis particula inhaesisse, nullus dubito.

Ibid. in multis legitur επι τῷ συμβάτῳ σου, quod vel e comm. 37 et 39 inventum vel e Luca huc traductum est. Alii consentiunt in vulgo receptum εν τῷ συμβάτῳ σου, quae formula in aliis locis per-

mu-

multis reperitur. Sed plerique absque alterutra praepositione exhibent tantum τῷ ὀνομάτι σου. Hoc probamus, quamvis sola fere constantinopolitanorum suffragia id tueantur. Etenim nulla aderat causa, cur εὐ vel ἐπί, si Marcus alterutrum scripisset, delendum cuiquam potuerit videri. Nec ab hac sententia ferenda absterret nos alexandrinorum et occidentalium, vulgari et usitatori εὐ faventium, auctoritas. Quantumvis enim magni hos facimus, a vitiis tamen, sive alteriori recensioni propriis sive utriusque communibus, neutiquam prorsus immunes eos esse probe scimus.

Vf. 40. quamvis iterum dissentientibus alexandriniis, at tamen concordantibus inter se occidentalibus et vetustioribus byzantinis, legendum esse putamus οὐασθεῖν μέτερα μηδενός. Nam si fortuito graecorum libreriorum errore μέτερα μηδενός bis permutata fuissent, maximum ad tollendas de primitiva lectione dubitationes pondus habere debent veteres versiones, quae magno consensu (si armenicam et philoxenianae marginem excipias) bis exhibit μηδενός. Sin vero dedita opera textum immutatum esse ponas, tunc quoque potior erit lectio μηδενός. Nam primo simile proverbio est illud: qui non est contra nos, est pro nobis. Ejusmodi autem veriberbia prima persona saepius quam secunda enunciari solent. Hoc fallere potuit librarios, qui saepe fortisan in rebus ad se pertinentibus hac ipsa sententia, vel etiam altera huic opposita et doctrinae Christi adversa: qui non est pro nobis, contra nos est, usi fuissent. Deinde comma pree-

dens

dens fraudi esse potuit nonnullis. Ibi Iesus de se locutus erat ei primae personae pronomen bis usurpaverat. Offendere igitur poterat subitanus ad secundam personam transitus aures fastidiosiores. Denique apud Lucam, quamquam ibi etiam οὐαὶ habeant editiones vulgares et codices permulti, sine omni tamen dubio legendum est οὐαὶ, quod non solum vetustiores et praestantiores libri continentur, sed ipsa adeo orationis connexio defendit. Nam nulla interposita alia sententia cohaerent: μη κωλυετε· οὐ γαρ οὐκ ἔστι ναθ' οὐαὶ, ὑπερ οὐαὶ ἔστιν. Atqui si Lucas sic scripsit, apud Marcum quoque sic legendum esse, credibile est. Hunc enim illius vestigia premere commate 58, supra monimus. Versu quidem 39 e sua penu promit nonnulla sibi peculiaria; sed jam commate 40 ad ducem suum, Lucam, reddit, eumque κατα ποδα sequitur.

VI. 41. Loco vulgo recepti εὐ τῷ ὀνομάτι μου, ὅτι χριστοῦ ἔστε, legendum esse censemus, εὐ ὀνομάτι ὅτι χριστοῦ ἔστε, eo nomine quod I. propterea quod Messiae affectae estis. Locationem hebraizantem, quam non intelligerent, librarii graeci mutarunt in notissimum illud et perfaepe in Evangelii obvium εὐ τῷ ὀνομάτι μου. Sed Syrus et Arabs, quorum testimoniūm in hac iudicanda graecorum codicum discrepantia maximi momenti est, genuinam lectionem, cuius sensum facilime perspiciebant, servavant. Quin, ne Matthaeus quidem in recitanda cap. 9, 42 hac ipsa, de qua disputamus, sententia usus est illo: εὐ τῷ ονο-

όνοματι μου, sed scripsit: εἰς ὄνομα (i. q. ἐν ὄνο-
ματι) μαθητού, cui simillimum est nostrum ἐν
όνοματι ὅτι (μαθηται) χριστοῦ ἔστε. Praeterea
si Marcus verbis id exprimere voluisse quod vul-
garis lectio ei tribuit, usurpasser potius formulam
ἐπι τῷ ονοματι μου ut vL. 37 et 59 ac cap. 13, 6.
vel δια τὸ ὄνομα μου ut cap. 13, 13. quād ἐν
τῷ ονοματι μου, quae posterior phrasis nusquam
apud Marcum reperitur nisi cap. 16, 17. in Evan-
gelii clausula, de cūjus authentia non sine causa
dubitatur. Legitur quidem capite etiam 11, 9.
εὐλογημένος ὁ ἐρχομένος ἐν ὄνοματι νήσου: sed so-
lemnē haec acclamatio admodum dissimilis est
nostrae phrasi. Porro, tritissimum illud ἐν τῷ
ὄνοματι μου nemini obscurum videri, nec quem-
quam offendere aut ad interpolandum textum inci-
tare poterat; contra vero minus usitatōm ἐν
ὄνοματι ὅτι ad tentandam emendationem libra-
rios provocabat. Tandem fatis patet, quomodo
vulgaris lectio sensim exorta sit. Nempe pri-
mum additum fuit μου tantum, *) quod omnes
paene codices, ne occidentalibus quidem exceptis,
invalit; multo demum post accessit etiam in li-
bris nonnullis, sed paucis, articulus τῷ.

VI. 42 vel λιθος ὀνυμος e Matth. 18, 6. vel
λιθος μυλιμος e Luc. 17, 2. ubi vetusti qui-
dam libri sic legunt, traductum huc fuit. Sed

mirum

*) Armenus cum ἐν ὄνομα simpliciter possum in textu
quo utebatur reperiret, vertit: *in nomine hoc*; id
quod lectionem a nobis defensam confirmat.

mirum est profecto, eosdem fere codices, qui apud Lucam μυλμος habent loco vulgaris ὄνυμα, apud Marcum pro vulgo recepto μυλμος exhibere λέγυμα. Itaque utroque loco arbitriae esse videntur istae vocum permutationes. Quae cum ita sint, satius esse putamus, plurimorum hic sequi codicam auctoritatem.

Vsi. 43 et 45 post verba οἱς την γεενναν legitur εἰς το πνεύτο ἀσθεστον. Sed hoc ε. τ. πνεύ τ. ἀσθ. comm. 43 a paucis, comm. 45 ab aliquanto pluribus omittitur. Facile quisque intelligit, alterutro loco id potuisse addi, quo alterum comma similius alteri redderetur; sed deleri etiam potuisse, ut ne verborum corundem repetitione molestia crearetur lectoribus. Cum vero neutro loco sat multi plurium familiarum codices in omissionem consentiant, et tota haec pericopa ita comparata sit, ut in singulis ejus partibus vix breviloquentia, sed multo magis copiose orationis redundantia expectari queat, nos quidem commate utroque verba illa servare malimus. Si qui tamen sint, qui ea semel tantum legenda existiment, suaserimus, ut comm. 43 intacta maneant, et comm. 45 configantur. Nam postiore loco in pluribus quam priore libris ac versionibus omilla sunt, ac prioniores erant librarii ad repetenda commate 45 quae paulo ante scripsissent et recenti memoria tenerent, quam ad praecoccupanda commate jam 43, quae pluribus demum interjectis στρυχοις sequentur. — Versu 47 universa orationis structura simillima est commatum

tum 43 et 45 conformatio*n*i. Sed h. l. post εἰς τὴν γεννητὴν non legitur εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἀσθετοῦ, sed τὸν πνεῦμα. Solus codex F vſ. 47 exhibet εἰς τὴν γεννητὴν, τὸ πνεῦμα τὸ ἀσθετοῦ, quod mirum sane est, quia idem hic codex vſ. 43 et 45, repudiata caeterorum librorum omnium lectione, hoc ipsum τὸν πνεῦμα, quod verſu 47 spernit, bis inculcaverat. Nisi vero omnia nos fallunt, mere arbitriae haec sunt mutationes nec ad certam aliquam normam conformatae. Majoris autem momenti hoc nobis esse videtur, quod illud τὸν πνεῦμα deest in Occidentalium et Alexandrinorum nonnullorum libris; quin ultro concedimus, facile id e Mattheo huic immigrare potuisse. At nihil tamen secius ingenuo fatemur, nondum liquere, quid Marcus scriperit. Etenim tam singularis est hujus pericopae (vſ. 43—50) conditio et omnium ejus partium symmetria, ut in recensendo ejus textu criticus admodum caute ac modeſte versari debeat. — Hanc ipsam ob causam in medio relinquimus, quid statuendum sit de commatis 44. 46 et 48 ubi eadem sententia iisdem verbis ter repetita legitur. Ultimo quidem loco genninam eam esse, nemo dubitat. Verum commata 44 et 46 omissa fuere ab alexandrinis; at solis.

Versus 49 cum critico*s* tum interpretes valde exercuit. Occidentales omittunt prius hemistichium, Alexandrini nonnulli posterius: illi, saltu factō a πατέρις ad πατέρα, hi ob ὄμοιοτελευτοῦ. Itaque utrumque commatis membrum servandum est. Quod vero ad singula verba attinet, nec codices cum
Partic. II.

versionibus, nec doctorum virorum conjecturae quidquam offerunt, quod bonae frugis et ad dispellen-
dam loci obscuritatem idoneum sit. Ex nostra
quidem sententia, nullae hic sunt critici partes,
sed interpres ingeniose dicta ingeniose declarare
debet.

Cap. X. 1 legimus ἐρχεται εις τα ὄρια της Ἰουδαιας
δια του περαν του Ιορδανου. Etsi vero ex Occi-
dentalium potissimum familia nonnulli omiserunt
vocabula δια του, et Alexandrini in eorum locum
substituerunt και, tamen, in hac recensionum anti-
quissimarum cum inter se tum a vulgari textu
dissensione, receptam lectionem servandam esse
censemus. Omissioni occasionem praebuit locus
Matthaei, cap. 19, 1. nostro respondens; mutatio
autem vocularum δια του in και consulto facta fuit
ab iis, qui ex Ioannis narratione cap. 10, 22 et 40.
noverant, Iesum nequitam per Peraeam venisse
in Iudeam, sed potius primo versatum esse in
Iudea, atque hinc deinceps concessisse in Peraeam.
Marcus vero, itinerum istorum seriem non satis
accurate callens, subobscura Matthaei verba: ηλθεν
εις τα ὄρια της Ἰουδαιας περαν του Ιορδανου, sic
intelligi et clarius enuntiari posse existimavit
ἐρχεται εις τα ὄρια της Ἰουδαιας ΔΙΑ του περαν τ. I.
Recte de hoc loco judicasse nobis videtur S. Rev.
Paulus in commentar. tom. 2. p. 778 sq. edit. 2.

Vf. 6 in αὐτΟΤΣΟΘΣ facile excidit δ Θεος, prae-
fertim cum nec Matthaeus id habeat.

Vf.

Vf. 12 lectio Occidentalium: ἐαν γυνη ἔξελθῃ ἀπὸ του ἄνδρος και γαμηθῃ ἀλλω exorta est e studio mitigandi phrasin duriorem et parum, ut videbatur, adaptatam rei: η γυνη ἀπολυει του ἄνδρα. Maritus quidem ἀπολυει uxorem, sed uxor, discedens a marito eumque temere deferens, vix putabatur recte dici posse ἀπολυει του ἄνδρα. In hoc omnes, ni fallimur, facile consentient. Verum id valde est mirum, pro ἐαν γυνη ἀπολυσῃ του ἄνδρα αὕτης και γαμηθῃ ἀλλω priscos Alexandrinos habuisse ἐαν αὐτη (seu γυνη) ἀπολυσαται του ἄνδρα αὕτης γαμηθῃ ἀλλον. Cum enim prius illud optime conveniat structurae verborum commatis proxime antecedentis, ἐαν ἀπολυσῃ την γυναικα αὕτου και γαμηθῃ ἀλλω, nemo facile dixerit, qua re permotus quisquam vf. 12 ἀπολυσῃ και transmutarit in ἀπολυσαται. Contra vero si ponas, ἀπολυσαται fuisse lectionem antiquiore, primum est ad intelligendum, ἀπολυσῃ και traductum huc fuisse e comitate 11. Id autem si sumas, et animum simul advertas ad Alexandrinorum inter se dissonantiam, quorum potiores et antiquiores αὕτη, nonnulli vero γυνη exhibit, vix te continebis, quo minus suspicione indulgeas, glossemate auctum hic esse Marci textum. Certe in verbis: μοιχαται ἐπ' αὕτην και ἐαν (scil. αὕτη seu γυνη, nempe ἀπολυσαται του ἄνδρα αὕτης) γαμηθῃ ἀλλω, μοιχαται, quae uncis inclusimus, glossema redolere videntur; quo admisso, facile esset ad conjectandum, etiam Occidentalium istud γυνη ἔξελθῃ ἀπὸ του ἄνδρος και similiter esse glossema, ad supplendum quod in textu deesse putaretur excogitatum. Utut

autem veri quadam specie conjectura haec non
destituitur, duo tamen sunt, quae ei officiunt.
Nam primo oratio tam abrupta et elliptica: ἐαν
(subintellige: uxor temerario ausu maritum dese-
rens) γαμηθη ἀλλω, μοιχαται, Marci filo parum
est conveniens; neque enim de muliere maritum
deserente, sed de uxore a marito deserta fermo
fuerat in proxime praecedentibus. Deinde, si el-
lipsin illam statuere velis, nostro jure miramur,
quid sit quod nemini in mentem venerit, explere
eam e proximo commate sic: ἐαν (ἢ ἀπολελυ-
μενη) γαμηθη ἀλλω, μοιχαται. Sed hujusmodi
supplementum, omnium simplicissimum et ultro
quasi sece offerens, nullus glossatorum arripuit.
Itaque curatus ponderatis omnibus, evanescit fere
illa suspicio, glossema in textum irrepisse. Iam
vero si nihil in textu vulgari jugules, libenter
etiam concedes, lectionem receptam ἐαν γυνη ἀπο-
λυση τον ἄνδρα αὐτης και haud immerito praeferri
alteri ἐαν γυνη ἀπολυσαται τον ἄνδρα αὐτης. Nam
si primitus scriptum fuisset ἀπολυσαται, credibile
est, Occidentales in sua verborum illorum meta-
phrasim similiter usurpaturos fuisse participium
ἐγελθουσα. Atqui hi scripsierunt ἐξελθη και. In-
venisse igitur videntur in istius temporis libris
ἀπολυση και.

Vl. 21 τοις antē πτωχοις dubium quidem est, neque
tamen inducendum. Tuentur id Occidentales et
Alexandrini praefantiores; plerique vero Byzantini
jugulasse videntur, vel quia Matthaeum et
Lucam τον ἀρθρον omisisse cernerent, vel quia Ie-
sum

sum indefinite, non de certis quibusdam pauperibus, locutum esse animadverterent. — Ibid. ἀρχες τον σταυρον, licet a vetustioribus Alexandrinis absit et in aliis nonnullis locum suum mutet, ideoque admodum suspectum sit, servandum tamen putamus in textu. Negligi a quibusdam potuit, qui nec apud Matthaeum neque apud Lucam verba ista inveniri observassent. Sed Marcus ex aliis similis argumenti locis (v. c. Marc. 8, 54 cum locc. parall.) ad illustrandum sensum verborum antecedentium ἀκολουθει μοι, ut ipse quidem ea intelligeret, adjicere haec potuit illis, quae Matthaeus et Lucas de responsione Iesu juveni diviti data retulissent.

Vf. 25 codices paene omnes in fine commentis apud tres Evangelistas habent εἰςελθετεν. Sed in medio versu magna est librorum cum Matthaei tum Lucae tum etiam Marci dissontia, aliis εἰςελθετεν aliis διελθετεν exhibentibus. Matthaeo quidem (in commentariolo nostro ad Math. 19, 24.) vindicandum esse putavimus εἰςελθετεν. Apud Marcum vero libri non solum manu scripti sed typis etiam excusi adeo inter se dissident, ut crux valde sit lubrica. Constantinopolitani plerique et perpauci ex aliis oriundi familiis legerunt εἰςελθετεν; sed unanimi sere consensu Alexandrini et Occidentales tuentur διελθετεν. Atque hoc praetulerim, partim propter testium inter se concinuentium auctoritatem, partim quia ex hac ipsa nostri loci primitiva lectione vox διελθετεν in codices nonnullos Matthaei et Lucae immigrasse videtur, partim quia vero est simile, noluisse Marcum heic quoque

ite.

iterare verbum εἰσελθεῖν, quod jam vs. 25 et 24 his usurpaverat et mox in fine commatis repetitus erat. Ad variandam hoc modo orationem ipsa praepositio δια proxime antecedens eum alliebat.

Vl. 28. Vocabulae και, ante ηγέτω, omissionem nequam ex Evangeliorum, novum anagnosma ab hoc commate incipientibus, derivare licet. Damnant enim istud και uno velut ore codices omnium vetustissimi, solo D excepto; nam L habet, K vero, cum aliis non paucis, particulam quae apparet deesset supplere tentavit, inculcato δε. Incredibile autem est, vetustos libros omnes e *Lectioribus* esse corruptos, recentiores vero nullam ex isto contagio contraxisse labem. Nostro quidem judicio, Marcus nec hujus neque sequentis commatis initio ulla usus est particula. Hinc alii alias intruserunt, ut singulae narrationis partes aptius cohaererent.

Vl. 29. De omissione vocum η γυναικα confer quae notavimus ad Matth. 19, 29.

Vl. 35. Loco λεγοντες codex cantabrigiensis et Origenes (Opp. tom. 3. p. 715) habent και λεγουσι. Sed in variandis hujus generis formulis, quibus mutatis sensus ne minimum quidem mutatur, tanta licentia nisi sunt veteres, ut tutissimum sit, plurimorum codicum sequi auctoritatem, nisi aliae accedant rationes quae paucorum sed vetustorum librorum lectionem alteri preferendam esse doceant. Idem dicendum est de αγιτω, a nonnullis addito post λεγοντες seu και λεγουσι.

VI.

Vf. 36. E lectione ob omissum *ivx* paullo duriore et paene ambigua: *τι θελετε ποιησω ὑμιν*, caeterae omnes exortae videntur. Hinc effingere potuerunt nonnulli *τι ποιησω ὑμιν*, alii *τι θελετε ivx ποιησω ὑμιν*, plerique *τι θελετε ποιησαι με ὑμιν*. Probabile igitur est, istam lectionem, quamquam in paucis tantum libris superstitem, esse primitivam. Eadem plane phrasis iterum occurrit comm. 51.

Vf. 38 auctorem nostrum *ἡ το βαπτίσμα* (non *καὶ το βαπτ.*) scripsisse, vix dubitamus. Nam qui Matthaeum e Marco interpolarunt, (vide commentarium nostrum in Matth. 20, 22) in libris suis invenerant *ἡ*. Antiquissimi enim inter eos Matthaei codices, qui istud additamentum e Marco petitum in textum admiserunt, exhibent *ἡ*, licet in vulgaribus editionibus apud Matthaeum aequatque apud Marcum legatur *καὶ*. Itaque Alexandrinorum et Occidentalium, nostro loco *ἡ* habentium, testimonium confirmant libri, qui praefecto fuerant interpolatoribus Matthaei, hoc est libri, actate cunctos nunc superstites longe superantes.

Vf. 46. Pro *ἐρχονται* Occidentales et Origenes (Opp. tom. 5. p. 735 et 752) legerunt *ἐρχεται*, decepti, ni fallimur, verbis sequentibus *ἐκπορευομενου αὐτου*, singulari numero enuntiatis. — Mox iterum Occidentales et Origenes, (ibid.) assentiente h. l. etiam Gotho, *ἐκειθεν* posuerunt pro *απο λεγιχω*. Prorsus repudianda vide ri possit ista lectio, velut orta e praepostero studio vi tandae cacophoniae in verbis *ἐρχονται εις Ιεριχω*. *και ἐκπορευομενου αὐτου απο Ιεριχω*. Verum re ex omni

omni parte considerata, istud ἐκεῖθεν non penitus
damnare audemus. Nimirum Evangelioria a ver-
bo ἐκπορευομενου novum inchoant anagnosma. Iam
si ponas, Origenianam illam lectionem ἐκπορευομε-
νου αὐτὸν ἐκεῖθεν esse genuinam, oppido patet,
in Evangelistariis necessario mutari eam debuisse
in ἐκπορευομενου του Ἰησου ἀπο Ἱεριχω. Atqui
potest saltim e Lectionariis prognatum esse vulgare
illud ἀπο Ἱεριχω. Quid? quod inde ortum id esse
confidenter pronuntiaturi essemus, dummodo
Alexandrinorum unus et alter repertus fuisset ab
Origenis stans partibus. Sed ab Alexandrinis hoc
commate bis, ut etiam vñl. 35, deflexit Origenes ad
Occidentales, qua de remox ad cap. XI. 1. 2. et 3 plura
monebimus. — Ibid. plerique codices adden-
tes ὅ ante νίος, omittunt id ante τυφλος, et versa
vice. Si bis τον ἀρθρον Marcum adposuisse sumas,
facillime intelliges, quid sit, quamobrem alii prio-
re ali posteriore loco eum deleverint.

Vñl. 50. ἀναπηδησας, quod verbum in nonnullis libris
et versionibus bonis ac vetustis reperitur, nil est
nisi glossema augendae emphasi et pingendae vi-
vidioribus coloribus alacritati hominis coeci, ju-
bente Domino celerrime surgentis, (ἀναστατως;) desti-
natum. Hinc Origenes in excitando hoc loco
femel utrumque verbum conjunxit, ἀνεπηδησε και
ἀνεστη.

Vñl. 52 hand scimus, an Syrus primitivam servarit
lectionem, και ηνολουθει ἐν τη σδω. Post ηνολou-
θε alii addiderunt αύτῳ alii τω Ιησου, quorum
istud

istud antiquius, (ideoque praeferendum alteri,) hoc recentius esse, et res ipsa et testimoniū vel illi vel huic lectioni patrocinantium aetas docent. Forisitan Origenes quoque, mox $\alphaὐτῷ$ mox $\tauῷ$ Ἰησοῦ supplens, neutrum istorum additamento. rum in suo codice invenit.

Cap. XI. 1. Loco ἐις Ἱερουσαλημ, ἐις Βηθφαγη και Βηθανιαν, non solum Cantabrigiensis codex cum vetere versione latina seu Itala, sed Origenes etiam in commentar. in Matth. (Operum tomo 5. p. 737 et 745.) bis exhibet εἰς Ἱερουσαλημ και εἰς Βηθαγην. Quin disertis verbis (ibidem) testatur, apud Marcum legi Βηθανιαν, apud Matthaeum Βηθφαγη, apud Lucam autem Βηθφαγη και Βηθανιαν. Verum idem Origenes in commentar. in Ioann. (Opp. tom. 4. p. 181.) plane consentit cum lectione vulgari. Duplex igitur hic notari meretur dissensus: primo, Origenis (h. l. cum solis Occidentalibus concordantis) dissensus ab omnibus alexandrinis cum libris tum interpretibus, quippe qui concinnunt cum textu recepto; secundo, commentario. rum Origenianorum in Matthaeum dissensus in excitando nostro loco a commentariis in Ioannem. Sed e qualibuscunque his tricis facile te expedire, et ad difficilis hujus loci crisi viam parare tibi poteris, si animadvertis, Origenem, quum in commentario suo in Matthaeum locum nostrum tractaret, occidentali usum fuisse Marci codice, persimili nostro D, quum vero in commentario suo in Ioannem locum Marc. 11, 1 — 12 excita. ret, usurpasse librum ad alexandrinam recensionem

per.

pertinentem, hujusque textum, satis a vulgari discrepantem et cum BCL mirifice concordantem, paene ad verbum singulasque literas exscripsisse. Quod cum ita sit, ut alibi evidenter demonstrabimus, (vid. mox dicenda ad vs. 3.) consequitur, nostro loco lectionem εἰς Ἰερουσαλημ καὶ εἰς Βηθανίαν unice nisi occidentalium testium fide. Sed hanc ipsam ob causam haud immerito suspecta nobis est. Orta videtur e saltu a BHΘφαγη ad BHΘανίαν facto. Postquam sic erratum fuerat, nonnemo, ad faciliorem reddendum sensum, ante εἰς posterius καὶ inculcavit,

Vs. 2. Οὐπώ quod in Origenis commentario in Joannem ter legitur, (Opp. Tom. 4. p. 181. et 194.) ex Alexandrinis in nonnullos alias propagatum fuit; occidentales autem primitus id non agnoverunt, unde nec in codice D legitur neque excitatum ab Origene fuit eo commentarii in Matthaeum loco, (Opp. tom. 3. p. 744.) quo, ut monimus, occidentalis recensionis librum fecerunt est. Atque cum stabilem sedem in textu non habeat, ac codices inter οὐπώ et οὐδεπώ et πωπώτε (quod Lucae est) fluctuant, arbitrariis ista omnia accensimus additamentis, quibus quantum possent definite significare voluerint librarii, ad illum usque diem neminem umquam mortalium πωλεον istum conscendisse.

Ib. λυσάντες τούτον ἀγαγεῖτε facillime e Matthaeo aut Luca hoc transferri potuit. Primitivam Marci
lec.

lectionem Alexandrini servasse videntur: *λυσατε αὐτον και φερετε*, quam olim apud Occidentales etiam obtinuisse, conjicere licet quodammodo e versionibus itala et vulgata. Praeterea Marcus frequentare solet vocabulum *Φερειν*, ubi adducendi notionem exprimere vult, e. gr. cap. 1, 32. 7, 32. 8, 22. 9, 17. 19. 20, 15, 22. Contra vero *ἀγειν* hac significatione apud Nostrum, excepto comm. 7. proxime sequente *), legere me non memini; nam cap. 13, 11. non est *adducere*, sed *ad judicem ducere*, *in jus rapere*, quae vocabuli *ἀγειν* vis sat nota est,

Vf. 3. Etsi perantiqui familiae utriusque vetustae codices exhibent: *ειπατε ὅτι ὁ κυριος αὐτου (του πωλου) χρειαγ ἔχει και εὑθεως αὐτου ἀποστελει παλιν ᾧδε*, tamen voculam *παλιν* glossema esse putamus, ad tollendam sermonis ambiguitatem intrusum. Lectores monere sic volebat glossematis auctor, *και εὑθεως αὐτου ἀποστελει ᾧδε* ne quaquam verba esse Jesu discipulis praedicentis, possessorem a fini hunc statim esse missurum, ut primum certior factus esset *ὅτι ὁ κυριος χρειαν αὐτου ἔχει*, sed verba illa partem esse mandati, quo discipuli juberentur renuntiare possessori animalis, Jesum eo nunc quidem opus habere, verum actatum id esse restitutarum, et curaturum ut eundem in locum mox reducatur, unde ipsi nunc abi-

*) Sed isto etiam loco pro *ἀγειν* codices BL et Orig. habent *φερειν*, quod praferendum esse, vix dubitamus.

abigere id vellent. Sensum hunc non improbamus; glossema autem παλιν minime admittendum censemus. In nulla id reperitur verfione antiqua, si a quibusdam Italae libris discedas. Imo ne in alexandrina quidem recensione primitus id extitisse videtur, quamvis in codices BC et L irreperatur. Etenim Origenes in comment. in Joannem, ubi ex *alexandrino*, ut docuimus, libro duodecim priora nostri capit is commata integra curate transcriptis, παλιν omisit; contra vero in comment. in Matthaeum, ubi, nostrum locum obiter tractans codice usus est ad occidentalium familiam pertinente, bis το· παλιν laudavit. Itaque prius in occidentali quam in alexandrina recensione illud παλιν lectum fuisse crediderim, et haud inepte forsitan dixeris, Alexandrinos Origenes posteriores ex Occidentalibus h. l. esse interpolatos. Sed conjicent fortasse nonnulli, glossematis hujus auctorem ipsum esse Origenem, e cuius commentariis in exemplaria invectum id sit cum Occidentalium tum Alexandrinorum. Nec omni destituitur suspicio ista veri specie. Nam 1. in utroque commentario, sive παλιν legat sive omittat Origenes, constanter verbum ἀπόστολει non ad aīnae dominum sed ad Jesum refert; hunc igitur sermonis sensum, ab ipso pro vero habitu, nullo modo tutius extra dubitationem pone-re potuisset, quam contextui παλιν intercalando. Deinde 2. in ipso adeo commentario in Matthaeum, ubi Origenes bis (Opp. tom. 3. pag. 722 et 740) locum nostrum το· παλιν auctum excitat, semel tamen (pag. 737.) particulam illam retinet;

ex

ex quo colligi posse videtur, παλιν arbitrarym fuisse additamentum, ab Origene pro lubitu mox textui adjectum mox omisum, neutiqnam autem reperiisse jam Origenem voculam hanc in libris sui temporis occidentalibus. Verum eam vero re curatius expensa apparebit, neutrum illorum argumentorum probare id, cuius causa ambo proferuntur. Etenim prius illud nil nisi hoc docet, potuisse Origenem additamenti auctorem esse, sed inde cogi nequit, vere ab eo, nec ab alio quoquam antiquiore commentatore, interpretationem hanc una cum glossmate fuisse excogitata. Posteriori autem argumento probandi vim ineffe ideo negamus, quia illo commentarii in Matthaeum loco (tom. 3. pag. 757.) quo παλιν omisum fuit, non integer Marci contextus recitatur, sed prima tantum et ultima pericopae vs. 1—3 verba laudantur, hoc modo: „καὶ ὅτε ἐγγιζούσιν εἰς Ἱεροσόλυμα καὶ εἰς Βηθανίαν πρὸς τὸ ὄρος τῶν ἐλαῖων κ. τ. ἐώς του· καὶ εὐθεῶς ἀπὸ τῶν ἀποστελεῖ.” In huiusmodi autem Scripturae sacrae allegationibus, ubi tantum initium et finis loci alicujus recitantur, nec auctores neque librarios singula verba curatissime e suo exemplari transcriptisse, norunt omnes qui Patrum et nominatim Origenis commentarios diligenter tractarunt. Atque hoc etiam loco rem sic se habere, abunde inde patet, quod post παλιν vocula etiam ᾧδε neglecta est, quam Origenes alibi semper (nempe ter) sérvavit. Praeterea autem suspicionis contra Origenem motae, sed nullo fundamento firmo innixae, vanitas inde elucefecit, quod parallelum Matthaei locum (cap.

21, 3) septies excitavit, sed verbis εὐθεως δε ἀποστελλει αὐτοὺς nunquam addidit controversum illud παλιν. Nam si necessariam esse putavit hancce voculam ad definiendum verum verborum illorum sensum, quid quaeſo cauſae fuit, cur eam nunquam Matthæo, sed solum Marco obtruderet? Omnia vero plana esse et optime inter se conſentire deprehendes, dummodo nobiscum ſtatuaſ, occidentales Marci codices ante medium ſeculum tertium glosſemate iſto jam fuilſe locupletatos, et tali codice ad occidentalem familiam pertinente ulum eſſe Origenem, cum, conſcribens comen- tarium in Matthæum, parallelos locos laudaret; contra vero, exaranti tomos in Joannem, praeflo fuilſe exemplar Marci ex alexandrina familia prognatum *).

Vſ. 4. τον vulgare ante πωλον vel ortum eſt e pre- cedente syllaba γον, vel confuſto infertum a ſciolo librario, ut lectors ablegarentur ad comma 2. et monerentur, πωλον a diſcipulis inventum fuilſe illum

*) Hancce in duos ab Origene adhibitos Marci codi- ces animadversionem cum veriſſimam tum longe maximi momenti eſſe ad rem criticam Novi Teſta- menti universam, nominatim ad vindicandum diſcri- men, quod inter alexandrinam et occiden- talem recenſionem intercedit, et ad evincendam utri- usque recenſionis antiquitatem, ad tertii ſaltim ſe- culi initia aſſurgentem, abunde a nobis compro- batum eſſe conſidimus in Meletemate de vetuſis No- vi Teſt. recenſionibus, quod praemiuſimus huic com- mentarii noſtri critici fasciculo ſecundo.

illum ipsum, de quo Jesus locutus esset. Alexandrini et Occidentales cum antiquioribus Byzantinorum libris id respuunt, nec exitit in utroque Marcicodice Origeniano. Semel quidem Origenes (tom. 4. pag. 192. B.) scripsit τὸν πωλὸν, sed sententiae nostrae hoc non obstat. Nam illo loco non integrum Marci textum exhibere voluit, sed unice id egit, ut allegoricum sensum, quem sub narratione de pullo latere dixisset, confirmaret verbis Marci, tradantis, πρὸς Θυραῖς ἔξω ἐπὶ τὸν ἄμφοδον alligatum eum fuisse.

Vf. 6. εἰπεν, quod Alexandrini adstipulante Origene habent, genuinum esse videtur. Propter antecedens proxime εἰπον, ad vitandam κανοφαντιαν, alii substituerunt ἐνετειλατο, alii εἰρηνει.

Vf. 7. ex auctoritate codicum utriusque familiae et Origenis legendum omnino est ἐπιβαλλουσιν, quod optime etiam convenit contextui, si commatis initio Φερουσι (aut etiam ἀγουσι) restitutas pro ἡγαγον. Vide paullo ante notam ad comm. 2.

Vf. 8. De lectione ἀγρων loco δευδρων confer quae disputavit Ven. PAULUS in commentar. ad h. l. Cum Marcus ιλαδους Matthaei in στοιβαδας s. στιβαδας (quibus non solum arborum rami sed granumen etiam, folia, flores et alia extruendo strato idonea significantur,) mutarit, vero non est dissimile, eum etiam pro δευδροις (quae e Mattheo facile in vulgares Marci codices transplantari potuerunt) substituisse ἀγρους, unde στιβαδες decipi

cerpi poterant. Solebat sane Marcus quae suis lectoribus in Matthaei narratione non satis perspicua esse censeret, additamento quodam aut leyī phraeos immutatione clariora et extricatione reddere. Atqui arborum rami in viam projecti impedire videri poterant equitantem. Quid igitur mirum, Marcum (testibus Alexandrinis et Origene) scribere maluisse, στιβαδας ἐν των ἀγρων per viam fuisse sparsas, quippe quod cuivis lectori planum nulaque difficultate obstructum esset.

Vf. 10. in omittendis verbis ἐν ὀνοματι κυρίου consenserunt omnes Alexandrini et Occidentales ac nominatim Origenis codex uterque, una cum versionibus veteribus paene omnibus. Repeterunt id librarii negligentes e commate antecedente. Recte quidem dicitur βασιλεὺς ἐρχομένος ἐν ὀνοματι κυρίου, sed parum commode dixeris quod in vulgari textu legitur: η ἐρχομενη βασιλεια ἐν ὀνοματι κυρίου του πατρος ιησου Δαινδ, nisi fortasse κυρίου (quali βασιλεως) referre velis ad Davidem. Sed ne sic quidem sensus esset sat expeditus, nec interpretationem hanc admittit membrorum parallelismus. Uti enim comm. 9. ἐν ὀνοματι κυρίου idem est ac ἐν ὀνοματι θεου, ex auctoritate Dei, sub divinis auspiciis, ita comm. 10. eadem phrasis eodem modo intelligi debet. Sensit hanc difficultatem translationis syriacae philoxenianaee auctor, eique mederi voluit mutando verborum ordinem, scil. η ἐρχομενη ἐν ὀνοματι κυρίου βασιλεια του πατρος ιησου Δαινδ. Sed haec correctio, utut in se spectata satis ingeniosa, sola versionis illius aucto-

auctoritate defendi nullo modo potest. Ergo e
textu proscribenda sunt ista verba.

Vf. 11. ὁ Ἰησοῦς perperam textui insertum fuit e lectionariis libris, novum anagnosma ecclesiasticum ab hoc commate incipientibus.

Vf. 13. Nec codices manuscripti, nec versiones veteres, neque Patrum sive graecorum sive latinorum allegationes quicquam continent, quod verba admodum vexata: οὐ γαρ ἡν καιρος συνων spuria esse aut vitium contraxisse innuat. Interpretis est, non Critici, loco huic obscuro lucem afferre.

Vf. 20. Prorsus nescimus, quid clar. Matthaei sibi velit, in animadversionibus suis ad h. l. vehementissime Origenem summae increpans negligentiae in excitandis Scripturae S. locis, etiam si auctorem nominatim appellat ejusque locum de industria tractet. Rem paucis accipe. Postquam Origenes in comment. in Matth. narrationem Matthei de siccis infructuosa explicuissest et inter alia (Opp. tom. 5. p. 760. E. et 761. B.) notaasset, secundum Matthaeum τους μαθητας mirantes dixisse, πως παραχρημα εξηγεινθη ἡ συη, progreditur ad Marcum, et primum (p. 762) uberioris differit de comm. 15 et 14, deinde vero (p. 764) paucissimis et velut in transcurso attingit comm. 20 et 21 his verbis: ὁ κατα Μαρκου Πέτρος (ergo non οἱ μαθηται) ιδων την συην εξηγεινην ἐν γρισι, εἰπε τῷ σωτηρι ιδου ἡ συη ἡν κατηρασω εξηγεινθη. καταρας γαρ αξια η. τ. ε. Haec quomodo Viro clar. bilem

potuerint tantopere movere, ut continere se nesciret, quo minus eam non in Origenem solum, sed in recentiores etiam Criticos et novos, quos vocat, Theologos evomeret, mirum est profecto. Bonus saltum Origenes omni culpa hic vacat et, licet perperam dicatur *de industria* hunc locum tractasse, tamen diligentiam in se desiderari neutriquam passus est Nam 1. cuilibet comparanti Marcum cum Matthaeo duo occurruunt notanda; prius, Petro, non discipulis generatim, attribui a Marco verba, η συνη ἐξηγαρθη; alterum, sententiam a Iesu in sicum pronuntiatam, Petro iudice, fuisse παταραν. Utrumque hoc scite obser-
vavit Origenes. 2. Diligentissime e suo codice (nempe occidentalii, ut docuimus,) descripsit verba; idou, η συνη ἐξηγαρθη. Nam idou loco idε, et ἐξηγαρθη pro ἐξηγαρται habet co-
dex D, simillimus ei Marci exemplari, quod Ori-
geni commentarium in Matthaeum exaranti ad manus fuit. 3. Nec minus diligenter verba idων
την συνην ἐξηγαρμενην εν ειχων, transcripta sunt.
Etenim idων (scil. Petrus) loco ειδον (discipuli)
orationis Origenianaes series necessario postulabat.
Tandem 4. reliqua, nempe: ο πατα τον Μαρκον,
πετρος, idων... ειπε τω σωτηρι idou... non esse
verba sacri contextus, sed Origenis ipsius, Marci
narrationem in compendium redigentis, ultra in
oculos primo intuitu incurrit cuique, quem Deus
mente sana beavit in corpore sano. Cur ergo va-
pulat Origenes? quem multo diligentius, quam
quidem exspectari poterat, in laudandis Novi
Testamenti locis versatum esse, abunde vel sola
ea

ea docent, quae de dnobus Marci exemplaribus,
diverlo tempore ab ipso adhibitis, adhuc disputa-
vimus.

VI. 31 et 32 occidentales sic laudant: διελογιζοντο προς
έαυτους, λεγοντες· τι είπωμεν; έαν είπωμεν· ἐξ
οὐρανου· ἔρει· διατι οὐκ ἐπιστευτεί αὐτῷ;
έαν είπωμεν· ἐξ αὐθεωπων· Φοβουμεθά τον
λαον κ. τ. ἐ. Primo consideranda hic sunt verba τι
είπωμεν; ante εαν είπωμεν prius. Fatetur, facile
excidere ea potuisse, propter ὄμοιοτελευτῶν. Quin
ultimo largimur, valde adaptata ea esse universo ser-
monis contextui, et nativo colore depingere anxiā
sacerdotum solitudinem, non habentium quod
Iesu interroganti possent tuto respondere. Sed
hanc ipsam ob causam vero admodum dissimilem
nobis videtur, haec talia verba propter ὄμοιοτε-
λευτῶν excidisse ex omnibus omnino omnium libra-
riorum codicibus et omnium interpretum versioni-
bus, solis exceptis occidentalibus. Notatu praeterea
dignum est, codicem 69 habere quidem τι είπω-
μεν; sed omittere praecedens λεγοντες. Colligere
inde licebit, istud τι είπωμεν; scholion fuisse mar-
ginale, (quasi indicem argumenti consultationis
sacerdotum inter se deliberantium,) quod alii
post λεγοντες in textum inculcarunt, alii in locum
vocis λεγοντες substituerunt, opinati, ex ora emen-
dandum esse textum. Deinde vero quod attinet
ad comma 32, plures notandae sunt lectiones inter
se differentes. 1) Άλλ' είπωμεν· ἐξ αὐθεωπων·
έφοβουντο τον λαον. Sic (omisso εαν) habetur in
graecis codicibus plerisque. Et posset omnino istud

εἰν (quod tamen versiones exprefserunt paene omnes) illatum videri e parallelis Matthaei et Marci locis. Verum conveniens haec lectio videtur nec proximo ἐφοβουντο, neque sequenti narrationi; nam fæcerdotes non responderunt: εἰς ἀνθρωπῶν, sed: τούτοις θεμασιν. Hinc 2) viri docti nonnulli interrogative enuntiari voluerunt: ἀλλ' εἰπωμεν· εἰς ἀνθρωπῶν; ἐφοβουντο τοι λαον. Ita sensus qui- dem prodiret sat commodus, sed universa sermo- nis structura vix admittit (nisi nos fallit sen- sus) interrogationem, per quam narrationis series magis adeo fieret contorta, quam est, vulgari posita lectione. 3) Ἔαν (seu Ἀλλ' εἴπει) εἰπωμεν· εἰς ἀνθρω- πῶν· Φοβουμεθα τοι λαον. Sic (consonanter textui Matthaei) legitur in codicibus graecis recensionem occidentalem exhibentibus et in versionibus tan- tum non omnibus, etiam alexandrinis. Verum co- dicum istorum antiquissimus (nempe D.) a prima manu habuit Φοβουμεν, quod sphalma prodit, li- brarium hanc vocis formam non invenisse in exé-mplari, e quo apographum conficeret, sed proprio Marte, licet invita Minerva, monstrum illud ef- finxisse. Versionum autem testimonium in diri- mendis hujus generis quaestionibus exigui mo- menti est, quia interpres non id agere solent, ut singulorum vocabulorum grammaticas formas reddant, sed ut orationis sensum pro sua linguae genio exprimant. Sic h. l. Syrus nec ἐφοβουιτο neque Φοβουμεθα, sed non inepte Φοβος ἀπο τοι λαον reddidit. Certe, si Marcus scripsisset Φοβου- μεθα, nemo in ejus locum substituisset ἐφοβουντο. Superest 4) lectio editionum vulgo receptarum: Ἀλλ'

'Αλλ' εὖ εἰπομέν· ἐξ ἀνθρωπῶν· (subintellige: quid sicut nobis?) ἐΦοβουντο τον λαον. Atqui cum Φοβουμεθα reprobandum omnino sit, et εἰδελει vix queat, in hac lectione acquiescendum esse putamus, donec e reconditis adhuc thesauris nova lux olim fortasse loco nostro affulgeat.

CAP. XII. 4. λιθοβολησαντες valde suspectum est. Nam abest non solum a vetustis libris et versio- nibus utriusque familiae antiquioris, sed fatis ma- nifesta etiam est causa, cur nonnulli addendum id esse putarint. Nempe male eos habuit vocabu- lum minus usitatum ἐνεφαλαιωσαν. E proxime sequentibus: και ἀπεστειλαν ἡτιμωμενον, intel- ligi quidem poterat, ιεφαλαιον non denotare capite truncare seu ἀποεφαλιζειν; atamen, ne lectores minus attenti haererent in vocabulo alibi vix occurrente, addere placuit (quod Matthaeus suppeditabat) λιθοβολησαντες, ut cuiilibet statim pateretur, sensum esse: lapidum ictibus in capite eum vulnerarunt. — Ibid. mox legitur ἡτιμωμε- νον. Miratur cl. Matthaei, neminem offendisse in hoc vocabulo. Atqui offenderunt in eo plu- res librariorum aut grammatici, quorum alii mutarant id in ἡτιμασμενον, alii loco ἀπεστειλαν ἡτιμω- μενον scriperunt ἡτιμασαν. Sed, cum iidem qui posteriore modo locum nostrum exhibent, care- ant quoque isto λιθοβολησαν, fieri etiam po- tuit, ut hi librariorum ἐνεφαλαιωσαν synonymum esse putarent τον ἀπειφαλησαν, eamque ob causam, ne absurdia narrasse videretur Marcus, repudiarent το· ἀπεστειλαν ἡτιμωμενον et in hujus locum

substi-

substituerent ἡτιμασαν. Utrumvis praeferas, intelliges, ἡτιμωμενον lectionem esse genuinam, temere repudiatam a BDL. 1. 28. 53. 91. 118 Copt. Vulg. Ital.

Vl. 5. πᾶλιν auctoritate testimoniū ex utraque familia vetustiore oriundorum eo delemus confidentius, quod facilime repeti potuit e commatē antecedente.

Vl. 6. αὐτὸν post ἀγωγῆτον contra BCDL defendi potest canone critico, qui lectiones hebraismum redolentes caeteris praeferri jubet.

Vl. 21 et 22. in verbis: καὶ ὁ τρίτος ὠδικῶτας· καὶ ἐλαβον αὐτὴν οἱ ἑπτα, καὶ οὐκ ἀφῆκαν σπερμα, tanta est lectionis varietas in codicibus antiquioribus, ut dubitare vix possimus, corruptum esse locum; quaenam vero ei afferenda sit medela, dictu non est facile. 'Ο τρίτος abest a D et latino libro vindobonenfi, qui in Matthaei et Lucae textu id habent. Contra vero Alexandrini BCL cum M 13. 28. 69. et Copt. omittunt ἐλαβον αὐτὴν, quod tamen iidem (excepto Copto) in Lucae textu neutiquam jugularunt. Nulla igitur adfuisse videtur causa, cur vel illud vel hoc e solo Marci textu exculpare juberent; utrumque potius e Luca huc immigrasse probabile est. 'Oerte ἐλαβον αὐτὴν ne fixam quidem ac stabilem in Marci contextu sedem potuit invenire; id quod peregrinum atque adveniam prodere solet. Conjicimus ergo Marcum scripsisse: καὶ ὠδικῶτας καὶ οἱ ἑπτα οὐκ ἀφῆκαν σπερμα. — Mox lectioni vulgari ἐσχετη
prae-

praetulerimus commendatam ab Alexandrinis et Constantinopolitanis ἐσχάτον, quippe quae proprius ad formam accedit του ὑστερον a Matthaeo et Luca usurpati, quod Marcus significantiore quidem sed analogo tamen vocabulo exprimere voluit. Omittit quidem codex D. ἐσχάτη παντων, et ab Evangeliorum vetusto 36 abest adeo toum illud: ἐσχάτη παντων ἀπεθνεῖ και η γυνη. Sed neutrum probamus. Cardo enim rei, de qua hic agitur, non in eo, quod ἀτεκνος manferit mulier vertitur, sed in hoc potius, quod post septem maritorum mortem mortua demum sit et ipsa.

Vf. 23. ὅταν ἀναστῶσι, quamquam a gravibus utriusque familiae vetustioris testibus, quibuscum Syrus etiam conspirat, νοθείας accusatur, defendi tamen potest partim plerorumque Italae codicum, cantabrigiensis libri, ista omittentis, fidem immunitum, auctoritate, partim aliis quoque argumentis. Nam non solum negligi potuit a librariis vel ἔμοιοτελευτῷ (ἀναστάσει, ὅταν ἀναστῶσι) deceptis, vel posteriora verba plane otiosa esse existimantibus, verum etiam stilo Marci fatis convenit hujusmodi repetitio, ut recte jam vidit Millius. Sic enim cap. 13. legitur vf. 19. ἀρχὴ κτισεως, ης ἐκτίσειν ο Γεος, (ubi itidem codex D. quae superflua viderentur omisit) et vf. 20. ἐκλέκτοι, ους ἐξελέξατο.

Vf. 29. tantus est codicum inter se dissensus, ut de genuina lectione vix certi quidquam statui queat.

Si

Si quidem sumas, commate praecedente recte legi: ποια ἔστι πρωτη παντων ἐντολη; haud inepte prae caeteris placere tibi poterit quod habent Byzantini nonnulli antiquiores: δτι πρωτη παντων ἐντολη· sic enim responsio ad verbum quadraret in quaestione propositam. Verum dubitare licet, utrum recte se habeat quaestio illa. Nam παντων istud comm. 28. abest ab Occidentalibus, D et Itala, quibus assentiuntur 1. 13. 28. 69. Hos vero παντων istud non jugulasse ideo, quia grammaticae rationes (πασων postulantes) ei adversari viderentur, inde patet, quod iidem codices comm. 29. servarunt παντων. Contra vero Alexandrini, B et L, exhibentes comm. 28. illud παντων, omittunt id comm. 29. Hinc suspicari licet, primitus semel tantum παντων scriptum fuisse. Iam si quaeras, utrum infitium sit, prius posteriusve? nostro quidem judicio prius damnandum erit. Posteriore enim loco codices, quotquot notionem: *omnis*, exprimunt, concinunt in forma insolentiore παντων, paucissimis tantum exceptis junioribus libris; priore autem loco codices aliquanto magis fluctuari videntur inter παντων et πασων. Quod si ita est, textus fortasse sic constitui poterit: ποια ἔστι πρωτη ἐντολη; Ο δε Ἰησους ἀπενεργηθη αὐτω· παντων πρωτη (ἔστιν).
Ακευς ι. τ. ε. Ut ut haec sunt, certe πασων neutrō loco defendi potest.

Vf. 36. ἐν πνευματι ἀγω legitur apud Constantino-politanos cum antiquiores tum recentiores, quibus accedunt codices egregii, alibi ab eis longe dis-

descendentes, 1. 11. 13. 69. 106. 124. 131. 157. Vulgari lectioni ἐν τῷ πνευματι τῷ ἀγίῳ, quam Stephanus in vexisse in editiones videtur, patrocinantur quidem antiquiores Alexandrini B et L. (C hiat) cum Occidental i. D. Sed ab his discrepant h. l. codices modo enumerati, alias mox alexandrinam mox occidentalem recensionem exprimentes. Ergo primitiva utriusque hujus recensionis lectio non est extra dubitationem positata. Quamobrem Constantinopolitanis calculum nostrum adjicimus, quorum lectio sensui nostri loci accomodatior est altera. Non enim de Spiritu Sancto hic agitur, sed de divino afflato. — Ibid. vulgare εἰπεν, ante δ' οὐρανος, tametsi apud Alexandrinos jam reperitur, irrepsisse putamus vel ε στηχω proxime praecedente, vel e parallelis Matthaei et Lucae locis, vel e versione των δ'. Sunt tamen, qui εἰπεν defendant, non sine omni specie veri opinantes, temere mutatum id fuisse in λέγεται, ut delicatores Constantinopolitanorum aures offendens repetitio vocis εἰπεν vietaretur. Sed hanc ob causam vix quidquam immutatum fuisset in codice D, qui λέγεται habet.

VI. 43. εἰπεν satis tuentur vetustissimi omnium omnino familiarum libri.

CAP. XIII. 2. ωδε, et si commendatum a BDGL
 1. 33. 118. ac 53 aliis codicibus et a versionibus
 nonnullis, vix tamen genuinum esse censemus.
 Nam iidem, quos mox nominatim excitavimus
 libri, exceptio solo G, Lucam quoque eodem ad-
 dita.

ditamento locupletare ausi sunt, ubi nemo id probabit. Imo ideo male sedulus fuit qui codicem L. exaravit librarius, ut isto ὠδε Lucae textum bis, semel post ἀΦεθησεται ac iterum post λιθω, interpolaret. Versiones autem parum valent ad defendenda additamenta, quae sensui sermonis declarando interfervire possunt. Ergo ὠδε in Marcum aequa atque in Lucam ē Matthaeo illatum esse, veri admodum est simile.

Vl. 8. satis dubiae sunt voces και ταραχαι, omissae in antiquissimis utriusque recensionis et alexandrinae et occidentalis cum libris tum versionibus, nec commoda in textu occupantes locum, quippe quae priori commatis hemistichio, ubi de regnum et populorum motibus ac inter se concertationibus et ora inde trepidatione sermo est, multo profecto aptius annexae fuissent, quam posteriori, quod de terrae motibus et fame agit. Itaque suspicari fortasse aliquis possit, ταραχαι, velut indicem aut argumentum prioris hemistichii, vel etiam, quod Millio placuit, tanquam interpretamentum ad vocem σειραι spectans in margine primum scriptum fuisse, deinde vero in textum, alieno satis loco, irrepsisse. Assentiri saltem conjectuae non possumus cl. Matthaei, opinantis, ταραχαι similitudine soni in proximo ἀρχαι exclusum esse. Non enim animadvertit vir doctus, nullum eorum, qui και ταραχαι silentio praetermisserint, legisse ἀρχαι, sed omnes istos exhibuisse ἀρχη; quo observato, valde exigua restat soni similitudo. Nos vero crede-

diderimus potius, lectionem ἀρχαὶ ortum suum
debere librariis, exemplaribus in quae και ταρχαὶ
jam irrepellit utentibus, et rhythmi, qui saepe
scribis fraudi fuit, illusione deceptis.

Vl. 11. μηδὲ μελετατε seu προμελετατε non absi-
mile est glossemati, declarando praecedenti μη
προμελετατε destinato et e Luca petito. Qua
animadversione non parum aggravatur pondus co-
dicum et versionum utrinque familiae veteris
ris, verba ista omittentium. Quo minus tamen
e textu expellenda ea esse pronuntiemus, im-
pediunt nos notata a nobis supra ad cap. 12.
23. de singulari quadam stili Evangelistae nostri,
ubertate ac redundantia, saepe satis dilucide a
se expositis nonnulla adponentis, quae nemo si
abessent desideraturus fuisset,

Vl. 14. temere e Mattheo in Marcum inculcatum το
ἔγθεν υπὸ Δαυιδὸν του προφήτου recte abest ab
Alexandrinorum et Occidentalium praestantissimis.
Quoniam enim consilio diversarum familiarum li-
brarii conspiraverint in omissionem eorundem
apud Marcum verborum, quae religiose in Mat-
thaei commentario iidem servassent, nemo di-
xerit. Cur vero quae apud Matthaicum inveni-
fent, a Marco abesse nolent, id vel ipsi tirones
norunt, qui nec ignorant, Marcum consulto suos
lectores ad libros Iudeorum sacros multo minus
ablegasse frequenter, quam suis Mattheus lec-
toribus veterum vatum oracula in memoriam
revocasset.

Vl.

Vl. 18. ἡ Φυγὴ ὑμῶν admodum suspectum est. et e Matthaeo hoc immigrasse videtur; nec probabile est, eosdem qui nihil in Matthaei textu novarunt, nostro loco ausos id fuisse, neque fortuito casu verba ista excidisse veri est simile, cum nihil heic deprehendamus eorum, quae librarios ad emittendum pronus reddere solent. Si vero sumas, primitivam lectionem superesse in BD. Arm. Vulg. et Itala, nempe ἵνα μη γενηται τι γενωνται (scil. ταῦτα) χειμωνος, intelliges simul, quid sit quod alii aliter ellipticam locutionem expleverint, et cur in L. 13. 28. 50. 69. ἵνα μη χειμωνος ταῦτα γενηται, in plerisque autem cum manu scriptis tum editis libris ἵνα μη γενηται ἡ Φυγὴ ὑμῶν χειμωνος legatur. Contra vero cur quis in locum lectionis plenioris, planissimae et cum lectione loci paralleli ad verbum consonantis, substituerit aliam, ellipticam et obscuriorem, nemo nobis declarabit.

CAP. XIV. 5. το μηρον textui addendum esse putamus auctoritate bonorum ac veterum librorum ad diversas familias pertinentium, quorum testimonium eo majore fide dignum hic est, quia potiores ex ipsis idem vocabulum omiserunt in parallelo Matthaei loco, ubi in textum vulgo receptum id irrepererat. Nam si nostro loco vocem illam librarii temere addidissent, Matthaei quoque textum similiter interpolaturi fuissent. Sed nostro quidem judicio, e primitivo Marci textu το μηρον immigravit in plerosque Matthaei libros.

Vl.

Vf. 15. ἑτοιμον non ab simile quidem est scholio, ad declarandam vim του ἐστρωμένον in libri cuiusdam margine addito ac hinc in textum traducto, nec reperitur in codicibus A. 106. at aliis nonnullis. Sed tueruntur id praestantissimi Alexandrini aequae ac Occidentales. Vel librariorum, similitudine terminationum ἐστρωμένΟΝ ἑτοιμΟΝ in errorem inductorum, incuria excidit, vel dedita opera expulsum fuit a sciolis hominibus, opinantibus, ἑτοιμον post ἐστρωμένον prorsus otiosum ac superfluum, et ante ἐκεῖ ἑτοιμαζατε γάμον paene absconum esse, quia ἑτοιμον ἑτοιμαζεν opus non sit. Sed satis bene in textu vulgari se habent omnia, dummodo recte intelligantur.

Vf. 19. ναι ἀλλος· μητὶ ἔγω; omissum in pluribus bonaे notae codicibus et in versionibus, inducendum tamen non putamus. Nam propter ὄμοιοτελεύτον nimis proclives ad omissendum totum στίχον erant librarii. Praeterea codicum ista omissentium, quorum potiores Origeni affines sunt, fides labefactatur Origenis ipsius, vulgari textui patrocinantis, auctoritate. Confer etiam dicta ad cap. 12, 23.

Vf. 20. in omissendo Φαγετε concinunt omnium recensionum codices antiquiores et versiones vetustae omnes, sola Slavonica excepta; nam Gothica hiat. Maximopere autem falluntur, qui tot scribas similitudine soni in vocabulis λαβετε, Φαγετε, deceptos esse persuadere nobis cupiunt. Quid enim est, cur ne unicus quidem istorum

scri-

scribarum et interpretum deceptus fuit in trans-
scribendis aut vertendis iisdem verbis, ubi apud
Matthaeum leguntur? Nonne meridiano sole clari-
rus est, solemnem formulam liturgicam, ad ple-
niorem Matthaei textum conformatam, librariis
quotidiano paene usu adeo familiarem factam esse,
ut eam alieno etiam loco inculcarent, id quod
1 Cor. 11, 24. quoque evenisse videntur. Itaque
absque ulla haesitatione vulgarem Marci textum
h. l. corruptum et φαγετε delendum esse pronun-
tiamus. Utiles autem prae multis aliis sunt hu-
jus generis loci ad dignoscendos eos codices, qui,
licet ipso quoque non raro vitiatii sint, a recentio-
ribus tamen interpolationibus pueros se servarunt.

Vf. 24. κανός quo minus itidem ex usu liturgico
vel e parallelis Matthaei, Lucae et Pauli locis huc
illatum esse statuamus, vix nos continemus.
Multo saltem plures addenda quam omittenda
vocis aderant causa. Opponi quidem nobis pos-
set, fidem codicum B et L (nostro loco una cum
C et D κανός omittentium) valde elevari eo,
quod iidem apud ipsum etiam Matthaeum vo-
cem illam praetermisserint. Sed in promptu est
responsio: nimirum librarii hi Matthaeum confor-
marunt suo Marci textui, quemadmodum alias
Marcum Matthaei ad instar rehxile ostendimus.
Fortasse autem conjectari etiam quis posset haud
inepte, antiquissimis temporibus alexandrinam
ecclesiam, quae a Marco fundatam se esse gloriaba-
tur, in faciae coenae liturgia formulas solemnes
non e Mattheo, quo potissimum utebantur reli-
qui

qui Christianorum coetus, sed e Marci sui Evangelio defumisse; quo posito, manifestum fieret, eandem ob causam, (nimis propter consuetas liturgicas formulas, sed variis in regionibus variis,) vocem *καίνης* alibi in Matthaeo omissem, alibi Marci textui adjectam fuisse. Praeterea Marcus τοῦ *καίνης*, ad παλαιῶν quamdam διαθή-*νην* referendum, consulto potuit silentio praete-*rire*, ratione scilicet habita suorum lectorum, quorum plerique a judaicis notionibus satis alieni essent, ac forsan vix intellexissent, quaenam sit et quonam sensu διαθήνη appelletur *prisca* reli-*gionis formula*; cui *nova* heic opponatur. Vi-*deri* igitur poterat Marco, sufficere hujusmodi hominibus hoc: sanguinem a Christo effusum esse τοῦ αἵματος διαθήκης. Contra vero iis, qui a Iudeismo ad Christianismum transiverant, magni momenti notionum, ipsis sat clararum, ingens copia unico verbulo *καίνη* in mentem re-*vocari* poterat.

Vf. 25. phrasis προσθῶ πιεῖν tantopere hebraismum sapit, ut haec lectio, quamvis graece in uno duntaxat codice D. et latine in pauculis italae versionis libris supersit, vulgarem tamen reddat suspectam. Quisnam enim in suo exemplari in-*veniens* οὐκέτι οὐ μη πιῶ. loco hujus, sive con-*sulto* sive oscitanter, scripsisset οὐκέτι οὐ μη προσ-*θῶ πιεῖν*?

Vf. 27. ἐν ἡμοι ἐν τῇ νυκτὶ ταυτὴ desiderantur in antiquissimis omnium fere familiarum libris ma-*nuscrip-*

nuscriptis, et e Matthæo huc traducta esse videlicet possunt ad supplenda ea, quae ad tollendam ambiguitatem et obscuritatem textus brevioris necessaria paene existimarentur. Gravis haec suspicio augetur quodammodo eo, quod nonnulli exhibent quidem *ἐν ἐμοι*, neque tamen addunt *ἐν τῇ νυκτὶ ταῦτῃ*, alii vicissim neglecto *ἐν ἐμοι* habent *ἐν τῇ νυκτὶ ταῦτῃ*. Itaque velut oculis tuis additamentum oriri et sensim accrescere videisse te opinari potes. Ut ut autem haud leves sunt hæc dubitandi de verborum illorum *ἀνθεντικῶν* causæ, quominus tamen e textu penitus ea prescribamus, duo nos impeditunt. Etenim primo versiones veteres omnes, si latinos aliquot libros excipias, verba de quibus disputamus, unanimi consensu fideliter reddiderunt, unde colligimus, neutiquam primitus ea absuisse ab omnibus illis textus recensionibus (alexandrina, occidentalí, constantinopolitana,) quas codices ea omittentes repraesentant. Deinde, omisis istis verbis, fermo, praesertim si etiam *ἐν ἐμοι* juguletur, nimis concisus est et vagus, quam ut Marcum, breviloquentiae minime studiosum et Matthei pleniorum ac clariorem narrationem ante oculos habentem, sic scripsisse credibile sit. Sufficiat ergo hic nobis testimonium codicū AKM. 1. 15. 69. 124. et caeterorum librorum cunctarumque versionum. Quonam vero casu et tot egregiis Marci libris exciderint, quae apud Mattheum intacta a librariis manserunt, ignorare nos ultra fatemur. Quam enim cl. Matthei proposuit conjecturam nostro quidem assensu comprobare non possum.

possamus. Opinatur scilicet vir doctus, ex Chrysostomo, verba illa in commentario in Matthaeum praetermittente, propagatum fuisse errorem in codices scholiorum non tantum Matthei sed Marci etiam, deinceps autem e scholiorum codicibus corruptos esse caeteros. Sed nunquam persuadebit nobis, e scholiorum libris depravatos esse tot pervertitos diversissimarum familiarum codices et versiones omnes. Praeterea tam Chrysostomus in Mattheum quam Victor in Marcum servarunt *en euc* et neglexerunt tantum *en τη γνωτη ταυτη*. Ergo lectio nostrorum ECDGHL^S, *utrumque* omittentium, ex illis scholis detivari nequit. Tandem vana etiam est conjectura viri docti, Chrysostomum fortasse apud Origenem ita reperisse. Etsi enim recte monet, Origenis ad illum Matthei locum commentarium intercidisse, tamen cum Patrem illum alibi verba controversa quater (tom. 1, 401, tom. 4, 411, 412, 453) excitatasse integrâ sciamus, non est quod dubitetur, eodem modo laudata ea fuisse in deperdita commentarii parte.

VI. 30. ΣΤ, quod ΣΗμερογενει proxime sequens faciliter absorbere poterat, deest in solis fere Occidentalium libris.

VI. 31. Si sumas, primitus scriptum fuisse εκπερισσως, ultro intelliges, e voce hac innuitata ortum esse et περισσως et en περισσων, et ipsum quoque μαλλων, quo quis in margine libri sui istud

Partic. II.

M

5475-

ἐκπερισσως interpretari tentavit. Hinc μαλλον stabilem non habet in textu sedem.

Vf. 35. De προελθων et προελθων confer annotata ad Matth. 26, 39.

Vf. 40. παλιν et mox (pro ιατυβαρυομενοι) Βεβεγμενοι e Mattheao huc invecta esse, satis est probabile.

Vf. 43. ὡν, a multis vetustis et grayibus testibus vocata incusatum, proflus damnaremus, nisi omitti facile potuisset vel propter sequens των, vel propter parallelos Mattheei et Lucae locos.

Vf. 51. vulgare ἡκολουθει unice fere nititur auctoritate Occidentalium, in primis codicis D; ἡκολουθησει est lectio Constantinopolitanorum, etiam antiquiorum et praestantiorum, quibuscum faciunt libri quoque nonnulli alias occidentalibus saepe concinenter, velut 69, 124, 157; tandem Alexandrini offerunt συνηκολαθει. In tanto veterum textus recensionum diffensu, nil definire audemus; sed postremum tamen prae ceteris nobis placet, non solum propter testimonia alexandrinorum gravitatem, sed eam etiam ob causam, quia haec vox, rarius quam simplex verbum occurrens, huic loco admodum esse videtur accommodata. Nempe turbae captivum abducentium immiscerat se ὁ νεανικος, et unacum his comitabatur Dominum. — Ibid. οι νεανικοι, quod ex auctoritate Alexandrinorum et Occidental-

um

um et Syri delendum esset, defendi utcunq; potest argumentis e re ipsa et e contextu petitis. Omitti enim poterat vel ab his qui ignorarent, quinam hic significarentur *νεανίσκοι*; vel ab illis qui offendenderentur repetito usu ejusdem vocabuli de hominibus diversis: τοις νεανίσκον κριτάσθαι οἱ νεανίσκοι, quod paene inepte dictum videri poterat. Praeterea, si insitum est *οἱ νεανίσκοι*, mirum est, interpolaterem non scripsisse potius *οἱ ὑπηρέται* seu *οἱ δυλοι* seu *οἱ δῆλοι*, quorum quodque facilius in mentem ei venire poterat quam *οἱ νεανίσκοι*.

VI. 61. et 62. mirus est consensus Origenis cum codicibus 1. 13. 69. et 124. in lectionibus compluribus; habet enim ille: ἐπηρωτησεν αὐτὸν ἐξ δευτεροῦ (quo additamento lectores ablegantur ad ἐπηρωτησεν prius, commate antecedente) λεγών· σὺ εἰ... ὁ δὲ ἵησος ἀπονειθεὶς λεγει αὐτῷ· σὺ εἰπας (σὺ εἰπας Matthei est) δτι ἔγω εἴμι κ. τ. λ. Discedit igitur hic Origenes a propinquioribus suis cognatis et recipit se ad alios, itidem affines, sed remotores. Confer omnino quae de differentia codicium plurium ab Origene usurpatorum animadvertisimus ad cap. 11, 1. et 3. et in meletemate huic secundo commentarii nostri tomulo praemisso. Confirmatur hocce quoque loco, quod critici doctiores dudum norant, quod vero, quia nondum omnibus, qui de rebus ad crimin pertinentibus iudicium suum interponere audent, satis cognitum ac perspectum esse videtur, saepe repetendum et tironibus, ad nan-

seam fortasse peritiorum, velut inculcandum est: nimirum 1) Origenes in laudandis S. S. Iocis, praefertim verbosioribus, non tam egit negligenter, ut nonnulli opinantur. Plerumque textum satis curate exscripsit e. libris, qui tempore quoque ad manus ei erant, hoc est, plerumque alexandrinis, interdum occidentalibus, nonnumquam aliis ex ultraque recensione mixtis electiones etiam sibi peculiares passim adspersas exhibentibus, e quo genere sunt codices 1. 13. 69. 124. 2) In codicibus frequenter cum Origene consonanibus, licet recentiori tempore scriptis, superstites habemus reliquias textus venerandae antiquitatis, eamque ob causam suoque merito hilibrī commendantur a criticis. 3) Sed antiquissimis textus fragmentis admisitae esse solent multae ποιησου ιωματος lectiones, quas nemo sanus prohibbit. Quin 4) nullus est codex, quantumvis vetustus, nulla codicum, versionum et patrum familiā, nulla textus facri recensio, utut cum antiquitate tum bonarum lectionum copia commendabilis, quin variis generis vitiis scateat. Ergo 5) critici est, primo e lectionum variantum farragine et e cuiuslibet familiae libris decerpere lectiones *vetus*, repudiatis junioribus, apud nullum testim veterem (h. e. qui textum repraesentat veterem) repertis; deinde e *vetus*, secundum artis suae regulas, absque studio et ira, feligere *bonds*, sive hae certo, sive probabili tantum ratione prō genuinis habendae sint. Hasce leges nobis ipsi scripsimus, easdemque in judicando et constitudo textu quantum potuimus religiose obser-

vavi-

vavimus. Hinc evenit, ut codicium vetustissimum, velut BCDL, aliorumque prae aliis memorabilium librorum e. gr. 1. 13. 69. etc. lectiones innumeratas perantiquas vel penitus reprobaremus, vel aliis posponeremus, vel ne mentione quidem dignas judicaremus. Sed contra etiam, ubique in hujus generis codicibus comprehendimus lectiones non vetustate tantum, sed interpa quoque bonitate commendabiles, has lectiones caeterorum librorum juniorum, quantumvis multorum, anteferre, jus fas esse censuimus. Confer cl. Matthaei animadversiones ad h. l. et ad comm. 72. et cap. 15, 1. 3. 6. 8. 11. cap. 14, 3. 14. 18.

Vf. 65. ἐβαλλον seu ἐβάλλον et ἐλαζον facile confundebantur. Sic comm. 72. nonnulli pro ἐπιβαλλων habent ἐπιλαζον. Nostro loco vel ἐλαζον vel ἐλαμβανον, (quod ex illo ortum videtur,) legitur in pervetus omnium fere familiarum libris, ABDLS. Mt. V. 1. 11. 13. 33. 6. aliis. Tot praestantium codicium auctoritate motus Paulus vir vener. in commentario suo in h. l., ἐλαζον in textum recipere haud dubitavit. Optassemus tamen prolatos suisse simul locos nostri vere similes, in quibus phrasis λαμβανει τινα ἁπτισματιν seu πληγας hoc sensu occurreret: verberibus improbe tractare aliquem, seu, ut vir ille doctiss. latinismum subesse suspicatus, id reddidit: plagiis male quem accipere, mit Backenfreichen behandeln. Nos quidem, si ἐλαζον praeferendum esset, malleamus sic intelligere: Iesum jam condem.

demnatum et a synedrio sibi traditum acceperunt lictores, alapas ei infigentes. Sed et haec contorta nobis videri, ingenue fatemur.

Vf. 70. *καὶ γὰρ γαλιλαῖος εἰ* abest a tribus fântum Seculi XI, libris, neglectum propter mox recurrens *καὶ*. Antiquitus autem adquisitæ, docet Matthaei textus in codice antiquissimo C superstes, in quem haec verba e *Marco* irreperant. Quae vero sequuntur: *καὶ ἡ λακιά σου ὄμοιαζει*, valde sunt suspecta. Etenim non leguntur in antiquissimis Alexandrinis, nec agnoscunt ea Occidentales veteres, nec certum habent locum, (quippe in codice 116 posita sunt ante τοῦ *καὶ γὰρ γαλιλαῖος εἰ*,) neque credibile est, Marcum suis lectoribus, differentiae qua Galilaeorum dialectus ab hierosolymitana discerni posset ignorari, haecce talia scribere voluisse. Itaque haec e Matthaeo, cuius lectoribus bene conveniebant, in Marcum traducta esse, admodum est probabile. Nec obstat, apud Matthaeum non legi *όμοιαζει*, sed *δῆλον σε ποιει*. Nam e codice D. discimus, prisco aeo Matthaei quoque extitisse codices, *όμοιαζει* exhibentes. E talibus ergo libris interpolari potuit Marcus. Imo re ex omni parte considerata, parum absurum, quin in ipso adeo Matthaeo *όμοιαζει* pro genuina lectione, et *δῆλον σε ποιει* pro scholio habeam.

Vf. 72. *εὐθέως* probabiliter textui inferendum est ante *ἐκ δευτέρου*. Marcus enim hanc vocem frequentare amat, quae h. l. sciolis librarijs abundare

dare videri poterat. — Ibid assentimur crisi viri rever. Pauli, opinantis, primitus scriptum fuisse τὸ ἔγμα ως, que est lectio Alexandrinorum. Sed propter insolentiorem usum vocis ως mutatum id fuit a Constantinopolitanis et Occidentalibus in τὸ ἔγμα ḥ. Verum hoc quoque ob praecedens ἀνέμνησθη, quod genitivum poscit, displicuit grammaticis. Hi ergo, graecismi studio, procuderunt lectionem per paucorum et juniorum tantum codicem, sed vulgo receptam: τοῦ ἔγματος ḥ.

— Ibid. ἡρξατο πλαισιο manifesto ortum est e scholio, quo quis suam de sensu verborum obscuriorum ἐπιβαλλων ἐλλατ sententiam exposuerat. Eadem interpretationem amplexi etiam sunt versionum nonnullarum auctores.

CAP. XV. 1. post ἀπηγνυαν (seu ἀπηγναν) additum legitur εἰς την αὐτὴν in D, codicibus non nullis Italae, et apud Origēnem, (in tomis in Joannem) repugnantibus et Origenem confutantibus cunctis alexandrinis, cum graecis libris tum versiōnibus. Similiter

Vl. 3. post πολλὰ additum reperitur αὐτὸς δε οὐδὲν ἀπεγνωτο in 34 variis generis codicibus, sed junioribus tantum, quibus ne unicus quidem e vetustioribus concinit. Attamen lectio haec, per tot codices late longeque disseminata, invasit non solum complures editiones typis excusas, sed versiones etiam nonnullas veteres, nempe philoxenianam, armenicam et aethiopicam, quae rectionem alexandrinam plerumque sequuntur.

Verum

Verum has erroris convincit coptica translatio, omnium quae illam recensionem expresserunt principes, caeterisque purior. Sed miraberis fortasse, ipsius etiam Origenis textum additamento illo fuisse vitiatum. At non est quod mireris. Docimus enim in meletemate saepius iam excitato, Origeni commentarios suos in Joannem scribenti praeterea fuisse Marci codicem, quod ad posteriora hujus Evangelii capita attinet, neutiquam pure alexandrinum, sed mixtum et passim interpolatum. Hisce interpolationibus annumerandum esse affumentum de quo disputamus, nemo dubitare potest criticae artis vel mediocriter peritus. Nec obscurum est, unde hoc additamentum profluxerit. Scilicet Marcus, postquam commata 3 retulisset, sacerdotes gravissime accusasse Jesum, narrare pergit, Pilatum rufus interrogasse Jesum: οὐκ ἀποκρίνῃς οὐδεν; Jesum autem οὐκ εστι οὐδεν respondeisse. Ex quibus omnibus quilibet nullo negotio abunde intelligere poterat, sacerdotum criminacionibus commata 3 commemoratis nihil reposuisse Jesum. Librarii autem inepte officiosi, qui pro suo more suarum partium esse ducerent prospicere, ne lectoribus aliquid subaudiendum aut cogitando supplendum relinqueretur, ad calcem commatis 3 intercalarunt: αὐτὸς δε οὐδεν ἀτενίγυατο. Hae sunt origines putidi additamenti, quo melioris etiam notae libri non nulli, ut sit, contaminati fuere. Quod vero commati 1. assuntum fuisse modo vidimus: εἰς τὴν αὐλὴν, id e commata mox sequente 16 mutuati erant scribæ male seduli.

VI.

VI. 6. εἰσθει ὁ ἡγεμῶν ἀπολυεῖν, quod loco! ἀπελυεῖν
habent codd. 13. 69. 124. cum Syro et latinis non-
nullis libris, e Mattheo ad verbum huc tradu-
ctum, ideoque repudiandum est. Voluerant au-
tem hac ratione librarii e parallelo loco illu-
strare vim formae ἀπελυεῖν.

VI. 8. Col. Paulus neutriquam absurdum esse com-
monstravit ἀναβας, quod pro ἀναβοντας legitur
in BD Copt. Sahid. Goth. Vulg. et Itala, imo in
Aethiopica quoque, utrumque saltim conjungente.
Etiam qui vetustissimum vercellensem librum exa-
ravit et accensa turba scripsit, voluerat, ni fallimur,
ascensa turba, pro quo Vulgata posuit *cum ascen-*
disset turba, scil. ad palatium s. praetorium Pro-
curatoris. Etenim cum comperisset populus,
senatores summo mane Jesum vincium tradidisse
Pilato, ascendit et ipse, ut nosceret quid ibi age-
retur et simul peteret a Procuratore, ut festo tunc
paschali tempore unum e captivis, solito more,
libertate donaret. Cur vero sublatis clamoribus
populus hoc postularet a magistratu, petita mini-
me denegante, sed paratissimo ad praesianda ea,
quae vel privilegio Iudacis a Romanis concessa
fancita essent, vel in consuetudinem saltim, quae
saepe legis ad instar est, abiissent, causa apparet
nulla. Quin ex relatione Matthei et Joannis col-
ligi posse videtur, Pilatum, antequam ὁ ὄχλος
ἡρέστω αἰτείσθαι, παθὼς δει ἐποιεὶ αὐτοῖς, suapte
sponte optionem populo dedisse, utrum Jesum an
Barabam dimitti liberum mallet; clamorem vero
tunc demum fuisse ortum, cum Procurator per-
fua-

suadere plebi tentavisset, ut Iesum a vinculis liberari posceret, contra vero sacerdotes animos hominum, ut Iesum perderent et huic praeferrent Barabam, inflammassent. Nisi ergo ὑστέρον πρότερον in Marci narratione admittere velis, fateri debebis, universae rei gestae seriei ac rationi minus conveniens esse vulgare ἀναβοητας, quam ἀναβας, cui pauci quidem sed praecepit utriusque familiae antiquioris testes patrocinantur. Attamen silentio praeterire non debemus, multo facilius ex ἀναβοητας (detritis aut evanescentibus pauculis literulis) fieri potuisse ἀναβας, quam ἀναβοητας ex ἀναβας. Hac forsitan de causa doctiss. Paulus conjectit, primitivam scripturam fuisse ἀναβητας, quod aequre facile in ἀναβοητας atque in ἀναβας transformati potuerit, quemadmodum et Sam. 23, 9. pro Ἡλιγ in codice alexandrino (cui addimus editionem aldinam) perperam existet ἀνεβοητε, ubi in aliis libris rectius legatur ἀνεβητος. Attamen unus restat scrupulus, nimirum inusitata verbi forma ἀναβητας, quae, quod sciamus, nec in Novo Test. nec apud τους ὄ usquam reperitur, licet sexenties occurrat ἀναβας et ἀναβαινων. Itaque vel ὑστέρον πρότερον in Marci narratione statuendum, vel ἀναβοητας ex ἀναβας primis jam seenis effictum esse, concedendum erit. Utrum praestet, penes lectorem esto arbitrium.

Vf. 11. Loco ἀνεστισων codex D habet ἐπειστων, quod e Mattheo huc est traductum; ἀνετείσων autem ex utraque lectione illa conflatum est. Ἐπειστων τῷ οὐχ λόγῳ, ut in codice D olim a prima manu

lege-

legebatur, manifestum sphalma est graphicum librarii negligentis, cui quum graece scribere vellet ἐπεισαγεῖ τον ὄχλον, in animo obversabatur latinum: persuaserunt turbae; atque sic dormitantis calamo excidit istud ἐπεισαγεῖ τῷ ὄχλῳ. Vehementissime errant ridiculum profecto errorem, qui hujus furfuris lectiones dedita opera coque consilio, ut graeca exactius responderent latinis Vulgatae versionis, in graecum textum intrusa fuisse somniant, atque hinc porro effici posse sibi persuadent, codices uno et altero hujus generis sphalmate vitiatos, utpote latinizantes, prorsus esse contemnendos, exagitandos et triobolari cuivis in monte Atho exarato libro longe postponendos. Certe egregie falluntur, qui hocce nostro loco lectionem codicis D. ἐπεισαγεῖ τῷ ὄχλῳ e studio graeca latinis accommodandi derivant, et ideo Italissimam, Occidentalissimam etc. hanc lectionem esse clamitant. Nam latina versio ad latus graeci textus in D. adposita, non habet suaferunt turbāE sed per graecissimum suaferunt turbāM. Praeterea idem codex in loco parallelo Matth. 27, 20 recte exhibuit ἐπεισαγεῖ τοὺς ὄχλους, et latine persuaserunt turbis. Itaque luculentissime apparet, nostro loco librarium nil temerario ausu insinutare voluisse, sed fortuito tantum casu lapsum esse.

Vſ. 12. codices ABC (L hiat) 13. 69, et tres alii τον praeponunt voci βαριλεξ, quod probat Cel. Paulus, scite animadvertis, Pilatum in tota hac Iefu affectatae dignitatis regiae accusati, causa conſtanter de τῷ βαριλεξ τῷ iουδαιῷ (sic dicto rege illo)

illo) locutum esse. Quae observatio cum vera sit omnino, nos quoque istud τον haud spernendum esse censemus.

VI. 24. διεμερίζονται sine ullo dubio! Igenuina est lectio. De vulgo recepta lectione διεμερίζονται lepidam fabellam nobis narrat cl. Matthaei. „Credo, „inquit, esse vitium Erasmicae secundae, quod „deinde in alias editiones fluxit. Typotheta scrips- „serat διεμερίζονται, pro διεμερίζονται. Id Erasmus „corrigerat interim, ut ratio grammatica consta- „ret, διεμερίζονται. — Plura hujusmodi exempla „negligentiae Erasmicae et taeterorum editorum „notavi in Apocalypſa.” Verum negligentiae cul- pa absolvendus hic est Erasmus. In prima editio- ne exhibuerat διεμερίζονται: in secunda antem adornanda usus est codice nostro 3 seu Corfondon- censi, nunc Vindobonensi, qui διεμερίζονται habet. Hujus igitur codicis auctoritate fatus, praetulit formam verbi activam mediae. Sed pergit cl. Matthaei: „Διεμερίζονται in interiori margine habet „Griesbachius. Merito laudo.” Nos vero non laudamus quidem at miramur virum, non eru- bescemus, quavis fere suae editionis pagina no- stram vel insulis (ut h. l.) jocis exagitare vel ineptis calumniis proscindere, quamquam ille ne methodum quidem in ea adornanda adhibitat universamque operis nostri oeconomiam calc- leat. Evidem lectionem vulgo receptam διεμερίζονται, e textu a me ejectam, non poteram in margine interiori non annotare, quoniam hinc me legi adstrinxeram, ut nullam voculam nullam ye-

literu-

literam inutarem in textu vulgaris h.e. Elseviriano, quin lectionem Elsevirianam, majusculo caractere excudendam, in margine interiori religiose indicare, quo lectores primo obtutu noscere possent, in cujusnam lectionis locum substituta fuerit ea, quam, minusculis typis expressam, in textum recipissem. Ergo nauci est haec viri et animadversio, ut innumeræ hujus generis aliae.

VI. 25. τριτη, servandum est in textu. Aethiopica versio et margo Philoxeniana neutiquam sufficiunt ad elevandam caeterorum testium omnium, inter se concinentium, fidem. Si erifeos ope ἐγαντιοφανεῖς tolli deberet, apud Ioannem potius (cap. 19, 14.) tentare aliquid liceret, quam nostro hoc loco.

VI. 28. Totum hoc comma abest a codicibus ABCD 157 et aliis nonnullis. Verum tueruntur id non solum versiones omnino omnes, ne Itala quidem excepta, sed codices etiam bonae notae multi, ut L.P. 1. 15. 69. 124. alii, cum Origene et Eusebio. Horum Testium concentus valde imminent codicum BCD fidem. Augeri quidem ποθεῖται suspicio posset eo, quod vix credibile sit, Marcum, alias in laudandis Veteris Test. dictis satis parcum, hoc loco solum, tacentibus reliquis tribus Evangeliorum, oraculum Esaignum recitasse. At opponi huic argumento potest, Marcum vatis hocce oraculum consulto neglexisse eo, quo Lucas mentionem ejus fecisset loco, (Luc. 22, 37.) et reservasse id in huncce locum, tanquam longe convenientissimum alle-

allegando isti carmini. Clar. Matthaei bina hoc loco codicum genera turbas dedisse opinatur, Evangelia et codices scholiis instructos, quos ex illicitum vitium hic contraxisse existimat. Fatemur comma nostrum deesse in 17. Evangeliorum et in quibusdam scholiorum codicibus. Sed idem adestit tamen, concedente hoc ipso Mattheo, in aliis cum Evangeliorum et Lectionariis, tum etiam libris scholiorum apparatu exornatis. Nec ulla hic locum habet qatum caufarum, ob quas in Evangeliorum non raro unus aut plures versus omissi fuerunt. Nam comma hoc nec inchoat nec finit praelectionem ecclesiastica, neque interjacet inter unius anagnosmati finem et alterius initium, sed lectio ecclesiastica, cuius pars est aut esse debet comma nostrum, inde a vñ. 16 non interrupto filo ad versum usque 52 procurrat; nec ratio excogitari potest probabilis alia, cur hocce comma praelectores publici reticere debuerint. Idem valet de scholiorum codicibus. Ergo non ex hisce libris neque ex Evangeliorum corrupti sursumt alii codices, sed bina haec librorum genera, ut alibi saepe ita hoc quoque loco, servasse vindentur lectionem codicum per veterum, quales sunt ABCD. In tali vero codice comma hoc antiquitus neglectum fuit vel mera scribae alicuius somnolentia, vel praecepiti lapsu e KAI comm. 28 ad KAI comm. 29, vel etiam propter sophistam argutionem non reminis, opinantis, post Jesu ipsius declarationem sensus vaticinii Jesaiani, (Luc. 22, 57.) parum congrue Marcum aliam ejus proferre interpretationem, arctioribus circum-

cumscribentem limitibus propheticī dicti applica-
tionem.

Vl. 32. *αὐτῷ*, quod post *πιστευσώμεν* multi byzan-
tini et occidentales inculcant, e Matthaeo hoc tra-
ductum esse arbitramur. Variant autem libri illi,
plane uti Matthaei codices, inter *αὐτῷ*, *ἐπ' αὐτῷ*
et *eis αὐτοῖς*. In formula a Marco usurpata; *ἰδωμεν καὶ πιστευσώμεν*, commode abesse po-
terat *αὐτῷ*, quod Matthaeus, *ἴδωμεν καὶ* non ha-
bens, recte adposuerat verbo *πιστευσώμεν*. Libra-
rii vero, discrimen inter utramque phrasin non
animadverentes, alteram ex altera locupletari
posse putarunt.

Vl. 41. In *καὶ* nonnulli priorem, allii posteriorē
voculam omiserunt. Cum vero propter soni simi-
litudinem easdemque repetitas literulas alterna
facile excidere potuerit, utramque servandam esse
censemus. Saltem *αἱ*, quamquam a pluribus ho-
norae notae codicibus omissum, abesse tamen pa-
ne nequit. Eo enim ablato, cum orationis struc-
tura hincka, tum ipsa adeo, quae verbis subest,
sententia impedita fit, sive *καὶ ὅτε ἦν ἐν τῇ Γαλ.*
ηκολουθοῦν αὐτῷ καὶ διηγοῦνται αὐτῷ cum antec-
dente commate conjungas, sive novam heic inci-
pias periodum: *Καὶ ὅτε ἦν ἐν τῇ Γαλ. ηκολ. αὐτῷ*
καὶ διηγ. αὐτῷ καὶ ἀλλατι πολλατι κ. τ. ἐ.

Vl. 43. Perpauci codices, inter quos e praefantiori-
bus nullus est, et pauculae editiones exhibent:
ηλθεντες... καὶ τολμησας εἰσῆλθε. Sed *καὶ* istud,
nec

nec testium idoneorum auctoritatibus nec; alias
praefidisi sat munitum, nullo modo in textum
admitti debet. Utrum vero vulgare ἡλθε....
τολμησας εἰςηλθε refinendum, an huic praefe-
rendum sit ἐλθων.... τολμησας εἰςηλθε, dubia
omnino res est. Ambae enim lectiones, propter
commune eis asyndeton, pari sere gradu durae
sunt. Nec ex antiquis versionibus effici aliquid
potest; in hoc enīa rerum genere, quod e grammatica
verborum constructione pendet, interpré-
tes magna uti libertate, nec archetypi sui vestigia
anxie premere solent. Itaque secundum codices
manu scriptos præcipue ferendam esse fententiam
arbitramur. Horum autem potiores sere, adstip-
ulantibus etiam Evangelioris vetustis, excepto
tamen cantabrigiensi libro, tuentur τοτέλθων.
Ergo legendum erit: ὄφιας γενερευντς, ἐλθων
ιωσηφ.... τολμησας εἰςηλθε προς Πιλατον, Βεσπε-
ρι Ιoseph accedens (vel: cum advenisset)
adiit Pilatum audacter. Non venit deminim vesperi,
sed vesperi adiit Pilatum; nec venit ἀπό Αγια-
Θανατος, sed is qui venit erat ἀπό Αγιαθανατος, Ari-
mathaeensis; nam audiendi non sunt, qui articu-
lum ὅ ante ἀπό Αρ. perperam jugularunt. Ve-
nerat autem ille, ni fallimur, εἰς τὸπον λεγομενον
Τολμησα, ubi (vſ. 40.) ἦσαν αἱ γυναις ἀπό μη-
ροθεν Θεωρουσαι, atque his locum sese adjunxerat;
ibi enim (Luc. 23, 49.) ειστηκεσαν πάντες οἱ
γνωστοι του Ἰησου, quorum numero noster etiam
accensendus est Joseph.

VI. 47. pro τιθεται multi e praestantioribus codici-
bus habent teſteſta, quia illud narrationis filo
minus

minus conveniens videbatur. Si primitus scrip-
tum fuisset ἐθεωρουν που τεθειται, nemo facile
hoc mutasset in ἐθεωρουν που τιθεται.

Cap. XVI, 1. Qui textum in codice D' superstitem
olim recensuit criticus, verba διαγενομενου του
σαββατου eo, ni fallimur, jugulavit consilio, ne
Marcus discordare videretur a Luca, narrante,
mulieres a loco sepulcri reversas aromata ante praec-
parasse quam sabbatum inciperet. Jam vero, de-
leis verbis διαγενομενου του σαββατου, ambarum
Mariaum nomina, in proxime antecedente στιχῳ
modo commemorata, repeti vix poterant hunc
in modum: ή δε Μαρια Μαγδαληνη ηι Μαρια
Ιανουθου (τει ιωση) ἐθεωραντο τον τοπον όπου
(τει ἐθεωρουν που) τεθειται. Και Μαρια ή Μαρ-
δαληνη ηι Μαρια (ή του) Ιανουθου ηγορασαν αρι-
ματα. Itaque posteriore loco omissa sunt ista no-
mina; quibus praetermissis, nec Σαλωμης men-
tio fieri commode poterat. Jam ergo nil supererat
praeter: ή δε Μαρια Μαγδ. ηι Μαρ. Ιαν. ἐθεα-
σαντο τον τοπον όπου τεθειται, ηι ηγορασαν
αριματα, ηι (έλθουσαι) ἀλειψωσιν αύτον. Ne
quis vero autemaret, eodem quo corpus Domini
conditum esse loco emta etiam fuisse aromata,
vitum fuit recensori codicis cantabrigiensis, ante
ηγορασαν inculcare πορευθεισαι *); quo addita-
mento

*). Idem assumentum vocis πορευθεισαι reperitur etiam
in versionibus Armenica, Syriaca hierosolymitana et
in libris aliquot latinis. Incertum itaque est utrum
cantabrigiensis textus recensor primus fuerit addi-

mento in textum admisso, sequens statim ἐλθούσαι facile critico nostro displicere et ab eo omitti potuit. Ex quibus omnibus abunde intelligitur, quonam modo quibusve de causis singularis heic codicis D textus enatus sit. Notatu autem dignus omnino est hic locus. Luculento enim exemplo confirmat quod alibi monimus, recensionis occidentalis et praesertim cantabrigiensis auctorem, pro sagacitate sua hand vulgari, non raro (principue in narrationibus de resurrectione Christi) latentes difficultates et ἐναυγτιοφανείς subflecisse, ac ejusmodi locis medelam, conjecturarum suarum ope, utinque afferre tentasse.

Ibid. sexaginta paene codices ante Ἰανωθου silentio praeterirent ή τοῦ, inter quos vero pauculi tantum sunt e praestantioribus. Sed praeter hos, codices etiam CL, Mosquenses BH, et 17 alii omittunt saltim τοῦ; quae posterior lectio, tot testium consensu suffulta, non est improbabilis. Commate quoque antecedente legitur Μαρκια Ἰωσην: at versu praecedentis capititis quadragesimo habemus Μαρκια ή τοῦ Ἰανωθου, ubi tamen cum alii codices tum etiam plures eorum librorum, qui hoc nostro loco vel τοῦ vel ή τοῦ omittunt, similiter ή τοῦ induxerunt. Videntur ergo librarii pro suo lumen hujusmodi voculas mox adposuisse mox neglexisse.

VI.

tamenti hujus auctor, an id in aliis monumentis jam invenerit et in suos usus converterit. Latini isti libri omittunt quoque ἐλθούσαι.

Vf. 2. Cantabrigiensis codex in locum ἀντειδαυτος
consulto substituit ἀντελλοντος, partim, ut me-
lius conveniret antecedenti λιαν πρωii, partim,
quia Marci: orto jam sole, repugnare videbatur
Joanneo: πρωii, σκοτιας ἐτι ουσης.

Vf. 3. ἐν της Θυγατρεσ facillime, in vetustissimis aequi
atque in recentissimis, in praestantioribus non
minus quam in exigui pretii libris, commutari
potuit cum ἀπο της Θυγατρεσ; irrepsit enim ἀπο e
locis similibus, (Matth. 28, 2. et Luc. 24, 2.)
qui sexcenties quoslibet paene librarios in erro-
rem perduxerunt. Minime autem ex hujusmodi
lectionum variantum quisquiliis de codicu[m] pre-
tio eorumye cum aliis affinitate judicium ferri
debet. Nostro loco scribae eo sortasse lubentius
arripuerunt lectionem e parallelismo ibi notem,
quod ea magis accommodata videretur iis locis,
ubi lapis advolutus suisse dicitur τη Θυγατρεσ Matth.
27, 60. vel επι την (non εις την) Θυγατρεσ του
μυημειου. Marc. 15, 46.

Vf. 4. Librarius cantabrigiensis ultima hujus versus
verba: ην γαρ μεγας σφοδρα, de industria junxit
fini commatis 3, sic omnia rectius cohaerere ra-
tus. Perperam. Iliis enim verbis significare vo-
luit Marcus, qui fieri potuerit, ut mulieres, an-
tequam ad sepulcrum pertigissent, e longinquo
prospicientes cognoscerent, lapidem suo motum
esse loco. Evangelistae autem consilium hand-
allectus librarius seu recensor, eo parro progres-
sus est facile, ut etiam ἀναβλεψησαι θεωρουσιν

mutaret in ἐρχονται και ενδισκουσιν, quod intellectu facilius ipsi videbatur. Damnamus incredibilem hominis temeritatem, pro textu obtundentis nobis suam paraphrasin conjecturasve suas et arbitrarias emendationes eorum omnium, que illa de causa ipsi displicerent. At nihil tamen fecius contendimus, textus tam misere interpolati basin esse admodum vetustam et egregiis repletam lectionibus. Has, criticae artis opera spuriis discretas, amplectimur; caeteras, velut luxuriantis ingenii foetus, repudiamus.

Vl. 14. Scriptores sacri, ut αναστηναι et σγεθηναι, ita etiam αναστηναι vel σγεθηναι absque adjuncto, et addito εκ νεκρων, promiscue usurparunt. Hinc usu venit, ut librarii quoque, omnes istas phrases non raro inter se permutarent, non consulto, sed phantasiae, similes formulas confundentes, lusu inducti. Sic h. l. unus et alter scriba των σγεθημενον affuit εκ νεκρων, e quorum apographis additamentum plane superfluum in plures propagatum est libros. Plerique enim eorum codicum, qui h. l. εκ νεκρων addiderunt, magis minusve propinqua cognatione sese attingunt.

Vl. 18. Οφεις φρουσι ambiguum videbatur. Significare poterat, interficere s. necabunt serpentes, quod incantationibus praestari anguesque rumpi posse, per usum multis olim fuit. Sed notare etiam poterat tollere, portare, tractare serpentes manibus. Atqui prospicere volens nonnemo, ne verborum amphibolia fallerentur lectores, nec priore

priore sensu acciperent τον αἰρετόν, sed posteriore, margini exemplaris sui illevit interpretamentum ἐν ταῖς Χερσίν, quod deinceps, addita praeterea particula copulante καὶ, in textum codicum nonnullam et versionam nonnullarum irrepit, alexandrinae potissimum familiae affinum. Aegyptiorum ars tractandi serpentes celebrata erat. Ergo non incredibile est, in hisce regionibus interpretamentum illud vel excoxitatum vel libenter in codices admissum fuisse. Cum ergo legeretur: γλωσσαῖς λαλησούσι καίναται, καὶ ἐν ταῖς Χερσίν ὄφεις φέρουσι, accidit, ut in nonnullis καίναται απαινέταις absorberetur atque excideret.

Caeterum, de pericopae comm. 9. ad 20. authenticia, antiquitus dubitatum fuisse scimus. Nemini autem in mentem venire potest, Marcum narrationis sive filium ineptissime abrupisse verbis καὶ ἔξελθουσαι (αἱ γυναῖκες) ἐφυγον ἀπὸ τοῦ μνημείου εἰχε δε αὐτας τρόμος καὶ ἐνστάσις, καὶ οὐδεν οὐδεν (nihil scil. eorum, quae in spelunca sepulcrali vidiissent et a νεκυστικῇ ibi sedente percepissent) εἴπον ἐφεβουντο γαρ. Dubitari profecto nequit, narrationem ulterius continuatam fuisse a Marco, antequam finem ei imponeret. Itaque necessario statuendum erit alterutrum: vel genninam esse quam in editis libris legimus Evangelii clausulam ἀναστάς δε προϊ πρωτησαββατου usque ad τον λογον βεβαιουντος διατων ἐπανολουθουντων σημειων; vel periisse antiquissimo jam tempore, imo excidisse ex ipso fortasse Marci αὐτογραφῳ ultimam libelli pericopam, et in hujus locum substitutum fuisse a non nomine no-

strum

strum ἀναστας δε — σημειων, alios autem aliam coronidem impostrisse truncato libello. Constat enim e codicis L testimonio, cui etiam magno versionis syriacae Philoxeniana adstipulatur, olim in nonnullis codicibus post ἐΦΘΑΣΚΟΥΤΟ γαρ, loco nostri ἀναστας δε κ. τ. ε., lectam fuisse aliam clausulam libri, hisce verbis conceptam: πάντα δε τα παρηγγελμένα τοις περὶ τὸν Πέτρον συντομώς ἔχηγγειλαν. Μετὰ δε ταῦτα και αὐτὸς ὁ ἱητος ἀπὸ ἀνατολῆς και ἀχει δυοτεσσαρεις δι αὐτῶν το ἰεζον και ἀΦθάρτου κηγυμα της αἰώνιου σωτηρίας. Neimo haecce ialia excoxitasset, nisi extitissent olim codices, omni clausula libelli carentes et in verba ἐΦΘΑΣΚΟΥΤΟ γαρ desinentes, similes ergo celebratissimi nostri vaticani B. Sed spreta talium librorum auctoritate, viri dociri puerique e. c. Millius, Mattheius, Rosenmüllerus, Storrius, Paulus, Kuinoelius, Hugius (in introduct. in N. T.) alii, pericopam vulgo receptam ἀναστας δε — σημειων, velut a Marco ipso profectam, defendere fategerunt, sequentibus potissimum ducti rationibus:

i) Legitur pericopa illa in codicibus hodie superstitibus (unico B. excepto) omnino omnibus, tam textum perpetuum exhibentibus, quam lectionariis, etiam antiquissimis et ad diversissimas familias pertinentibus. Praeter libros manu scriptos agnoscent hanc pericopam versiones etiam omnes et Patres antiquissimi. — Magni sane momenti esse hoc argumentum ultro fatemur, neque tamen omni exceptione maius videtur. Nam a fieri potuit, ac nisi nos fallunt omnia, in aliis etiam Novi Testamenti locis

locis contigit, ut primitiva lectio in uno aut saltim in paucissimis codicibus servaretur. Et ad nō stram quod attinet locum, mirum profecto fuisset, si multi librarii acquiescerent nō clausula abruptissima: οὐδεὶς οὐδὲν εἶπον ἐφοβουντός γαρ. Omnibus enim incredibile videri debebat, Mārcum sic finisse commentariolum suum. Quare, cum secundo seculo jam extiterit supplementum illud: ἀντας δε — σημειων, quid sit facile intelligiatur, quod librarii exoptatissimum supplementum capite arriperent et certatim in sua transcriberent ἀπογραφα. Ac si cui Tote non innotueret supplementum ἀντας δε, is effingendo alii qualicunque operam navabat, e quo genere fuit supra laudatum illud παντα δε τα παρηγελμενα. Quae cum ita comparata sint, hacce loco lectio brevior neutram repudiari debet ideo, quia in unico hodie superest codice. At quali codice? nimirum valde praestanti, et omnium fortasse quos habemus antiquissimo *).

b) Nec semper unus is fuit; olim enim plures fuerer libri, qui similiter commata 9—20 non agnoscunt, qualis fuit non solum is quo usus est auctore additamentis παντα δε τα παρηγελμενα, de quo mox diximus, sed is quoque, quem usurpavit Eusebius in disponendis Evangeliorum canonibus, in quibus commatum istorum nulla primitus mentio facta fuerat, teste scholijs in multis codicibus obvio, eos adde (scil. usque ad vi. 8.) Εὐσέβιος ἐπαγονοτεν, ut etiam

*). Vide cel. Hugari commentationem de antiquitate codicis vaticani, Friburgi 1810. 410. Multis, nec levibus de causis, ante Sec. quarti medium exaratum esse codicem putat Vir doctissimus.

eram in multis bonis libris manu scriptis sectionum Ammonianarum numeri, ab Eusebio textui adpositi non ultra 233mum, ad comma 8 pertinentem, procurrent, licet in nonnullis exemplaribus sequentia quoque commata et numeris instructa et in canonum tabulis excitata reperiantur, quod seniorum temporum obscurae diligentiae deberi, nemo dubitabit. Quin novum robur his quae de Eusebio diximus addit scholon hujus viri, editum a clar. Matthaeo in Victoris commentario in Marcum Vol. 2, pag. 208, edit. Mosq. ubi Eusebius κατὰ Μαρκοῦ inquit, μετὰ τὴν ἀναστάσιν οὐ λεγόται ὡφθαῖ τοῖς μαθηταῖς, quod scribere non potuisset, si pericopam dubiam agnoverisset. In hac enim communis, 14 disertis verbis commemoratur: ἐΦανερωθη τοῖς ἑνδεκά, et communis, 15 καὶ σίτεν αὐτοῖς, scil. τοῖς ἑνδεκά. Praeterea c) multi Patres, cum graeci tum latini, et scholiorum auctores disertis verbis testantur, commata, de quibus disputamus, a multis et vetustis absuisse codicibus. Largior quidem, non omnes Patres et Scholiaras, qui talia narrantur, suis oculis vidisse hujusmodi codices; solent enim posteriores, quae tradita a anterioribus accepissent, confidenter repetere. Verum primos traditionis hujus auctores nullos vidisse codices commatibus controversis carentes, sed mentitos esse, suspicari eo licet minus, cum hodienum unus saltem superest codex ex eo genere, quod illi describunt. Hic ergo vera esse, quae isti tradiderunt, planissime confirmat. Taceo codices 137 et 138, asteriscis notantes pericopam nostram, ac fragmentum codicis Mosquensis a cl. Matthaeo litera g signatum, de quo, utrum eam legerit

nec

nec ne, non satis certo pronuntiari potest. Nec urgere lubet versionem Armenicam, in qua, teste Bengelio, (quocum la Crozius lectiones copticas et armenicas ex editis non solum, sed e manuscriptis etiam libris collectas communicaverat) periocha controversa a reliquo Marci libro variis indicis disjungitur. Breidenkampius quidem indica ista nec in Amstelodamensi neque in Constantinopolitana Armenae editione reperire potuit; sed in manuscripto codice la Crozius talia sine dubio observaverat. Praetermitto plura. Quae enim heic attigimus, sufficiunt ad probandum, commata dubia a sat *multis* olim absuisse codicibus.

d) Inter Patres, qui ea aut eorum particulam excitarint, atque sic de authentia vel saltim de summa eorum antiquitate testati sint, laudari etiam solent Clemens romanus et Justinus martyr. Ego vero in neutrius scriptis genuinis quidquam, quod non aliunde quam ex illis commatibus peti potuerit, occurrere, ac consequenter illorum Scriptorum nomina de testimoniis pro pericopa controversa militantium numero eximenda esse autumo. Ut cunque vero se hoc habet, ac quoquo modo statuere malis de conjectura virorum - quorundam doctorum, opinantium, Celsum, notissimum Christianorum adversarium, respxisse ad Marci 16, 9. quum Iesum redivivum unico tantum γεννηθει, eidemque παροιστηρω (scil. ἐπτα δαιμονιοις agitato quondam) fese ostendisse scriberet *); certum tamen est e) Irenaeum (L. 3. cap. 10.) usum esse codice, qui pericopam vulgarem exhiberet. Extitero ergo ejusmodi codices ante secundi seculi

finem.

*) Vide Origenem c. Cels. L. 2. §. 79. coll. §. 59.

finem, hoc est paulo post, quam de canone evange-
lico inter Catholicos conveniunt, ac quatuor Evan-
gelistarum de Iesu Christi vita commentarii in unum
corpusculum, τὸ εὐαγγέλιον dictum, compaginati
essent. Atque in hocce εὐαγγέλιον pericopam illam
lectam, et ex eodem in tot codices ac versiones pro-
pagatam fuisse, nullus dubito. At extitere etiam
codices exarati antequam istud εὐαγγέλιον colligeretur,
exscripti e singulorum Evangeliorum exemplari-
bus vel ex imperfectis duorum triumve Evange-
listarum collectionibus. Ex hujusmodi quoque co-
dicibus apographa consiciebantur quatuor Evangelia
complectentia, atque hoc in occidentalibus potissi-
mum regionibus usu venisse, inter graecos autem
apographa του εὐαγγέλιου multiplicata esse, ac e priori-
ribus illis occidentalem, e posterioribus caeteras tex-
tus facri recensiones ortum traxisse suspicor, ut alibi
dixi. Praeterea probabile inshi videtur, prioris
generis codices caruisse clausula, utpote ducios ex
exemplari in fine truncato; auctorem autem του
εὐαγγέλιου, cum manifestum defectam clausulam
animadverteret, quae casu perirent utcumque resti-
tuere studuisse*). Hac conjectura admissa, variae
evanescunt difficultates, et nullo intelligitur nego-
tio, qui fieri potuerit, ut in omnes paene codices
inde a fine secundi leculi exaratos irrepereret clausula,
diversa a genuina dudum ante deperdita, quam
quatuor

* Utrum eum o sua penu haec depromisse, an ab
alio inventa in suos usus convertisse statuere malis,
nostra parum refert.

quatuor Evangelia in unum σύμπαντον colligerentur*).

2) Qui pericopae controversiae defensionem in se suscepserunt viri docti, persuadere nobis volunt non aliam ob causam in codicibus quibusdam omis-
sam et a Patribus nonnullis in dubium vocatam esse, quam propter insignem argumenti difficultatem et dissonantiam a cæterorum Evangelistarum narratio-
nibus. Cum igitur dubitationis et omissionis causa
in aprico posita sit, et talis quidem, quæ nihil va-
lere queat, abstinenter esse a vanis contra comman-
datione illorum authentiam suspicionibus. — Ego
vero putaverim, a) pericopae ultimæ haud inesse
difficultates majores aut ἐγνωτιοφάνειας graviores iis,
quæ in pluribus occurrent Evangelistarum locis, a
nemine eratis. b) Si quis vel maxime desperasset

Objici quidem nobis posset, codicem B, in
quo vulgaris clausula desideratur non occidentalí
sed alexandrinae a nobis ipsis annumerari recentiori,
contra vero ab occidentalium libris neutiquam abesse
istam clausulam. Verum enim vero a libris occi-
dentalibus quos quidem nos habemus, ideo non
abest, quia librarii occidentales indefinenter dede-
runt operam, ut corrasis undique qualibuscumque
additamentis, textum suum redderent quantum pos-
sent plenissimum; utrumque ergo nova Marci clau-
sula ad notitiam pervenit occidentalium, hi sedulo
curarunt, ut sui codices hocce additamento, antea
ipsi incognito, locupletarentur. Quod vero ad va-
ticanum B attinet, basis textus ejus omnino alexan-
drina est, at creber cum cantabrigiensi D consensu
occidentalibus etiam passim alinem eum esse docet.

de defendenda adversus Evangelistarum obtrectatores pericopa, opus tamen neutquam fuisse, refecare totam, sed sufficeret, unum et alterum *στίχον* vel immurare paululum vel obducere. c) Si quis vero cultello uti omnino decrevisset, recidere debuisset non solum comm. 9—20, verum etiam commatis 8 partem posteriorem; immo comma quoque 11. Quod, cum nemo tentarit, credibile non est, postrema commata consulto esse jugulata vel praetermissa. Fortuito casu facilime excidere ac interire poterat ultima libelli pagina.

3) Pericopae postremae patroni monuerunt, eam vel hanc ob causam pro genuina habendam esse, neutquam vero ignoto interpolatori attribui posse, quia interpolator, quo fidem narrationi suae conciliaret, studiosissime evitaturus fuisse discrepantias inter suum Marci supplementum et Evangelistas reliquos. — Scite hoc moneretur, si tertio ac quarto demum seculo, quo de Evangeliorum concordantia et dissonantia multum disputatum fuit, Marcus illa clausula fuisse auctus. Sed extitit ea jam ante secundi seculi finem, hoc est, tempore, quo nondum valde solliciti erant de Evangeliorum harmonia christiani, quorum paucos quatuor Evangelii simul uti tunc potuisse, credibile est. Nam de Tatianei opusculi, quod *δια τεσσαρεων* nuncupabatur, ratione ac indole non satis nobis constat. Neque liquet, uti jam monuimus, utrum editor *του εὐαγγέλου* clausulam primum a se concinnatam Marco mutilo addiderit, an eam ab alio ignoto homine, forasse ante Tatiani tempora conscriptam, mutuatus sit in que suos usus converterit.

Haec

Haec habebam, quae virorum doctorum argumentis pro clausulae authentia prolatis reponerem, non ut ea omni profus vi carere monstrarem, sed ut non satis firma ea esse ostenderem. Verum ut altera etiam pars audiatur, ius has est. Accipe igitur nonnulla, quae inspicionem, a vaticano codice et Patribus veteribus motani, augere videntur. a) Si genuina essent postrema Marci commata, nec authenticam Evangelii clausulam intercidisse statuere mus, mirari non satis possemus, quid sit quod Marcus, qui cap. 14, 28 et iterum nostri capititis comitate 6. mentionem fecerat promissi, discipulos in Galilaea visturos esse Dominum, profus fileat de itinere in Galilaeam, quanquam testibus Mattheo et Joanne, Christus omnino illuc profectus ibique, ut promissum erat, conversatus fuerit cum discipulis. Storius quidem (Diss. 1. in librorum N. T. historiorum aliquot loca. Tub. 1790. p. 62.) putavit, Marci de itinere hoc silentium mirabile videri posse illis tantum, qui ex mea hypothesi sumant, Marcum ob oculos positum habuisse Matthei Evangelium et ex hoc pleraque hauiisse. Sed si vel maxime negare velis, Matthei librum a Marco fruile inspectum, tamen hoc negare non poteris, Marcum non potuisse non meminisse eorum, quae modo comm. 7. scripsisset. Ergo necessario vel de promissione vs. 7. tacere, vel quomodo impleta ea sit, post vs. 14. exponere debebat. Cum vero neutrum observarit, tantae negligentiae et levitatis reus appetet auctor, ut nec aliis Joannis aut Lucae locis. (Vid. Storr ibid.) in quibus eventa, per occasionem aliquam pancies indicata, praeteriri videmus, neque brevitatis studio homi-

hominis ad finem sui operis properantis, excusari queat. Marcus autem excusatione non eget. Is enim haud dubie in deperdita clausula genuina itineris istius mentionem injecerat. Hodiernae vero clausulae auctorem excusare, nostra nil interest. b) Quae comm. 9—11 de Maria Magdalena traduntur e Joanne decerpta videntur, a quo Marcus nunquam quidquam mutuatus est. Neque minus c) abhorret a Marti more brevatio talis, qualem invenimus comm. 12. 13 ubi admodum verbosa Lucae de discipulis Emmaunticis narratio in duorum versiculorum angustias coarctata est. Saltim semel duntaxat simile quid in Marco observavimus, nimirum cap. 1, 12. 13 ubi narratio Matthaei ac Lucae de tentatione Domini in per breve compendium redacta est; id vero haud leves ob causas factum esse autemamus. Alias tamen in exponendis rerum gestarum *magistrorum* copiosus est Marcus.

Liceat nobis ad calcem harum animadversiorum adponere verba Cardinalis Cajetani, a Wetsteinio ad h. l. excitata: „Quicquid autem sit de veritate, suspicionum tamen istarum effectus est, quod haec scripta non sunt solidae auctoritatis ad firmandam fidem, sicut sunt reliqua Marti indubitate.”

hunc ad suorum opere primum, quod
erat. Merito auctoritatem officium haec
habet hanc in regno deo, et auctoritate eius
hunc intendit imperium, ut omnibus regnatis
haec auctoritas exercatur. Et hoc est
commissum deo, ut haec auctoritas
exercetur. Hoc est significatum, ut non solum
auctoritas exercetur, sed etiam regnum
et imperium. Hoc est significatum, ut non solum
auctoritas exercetur, sed etiam regnum
et imperium.

Auctoritas et regnum
et imperium est deo.


Lege et auctoritate
et regno et imperio
et auctoritate et regno
et imperio.

Te 88

ULB Halle
006 228 95X

3





D. IO. IAC. GRIESBACHII
**COMMENTARIVS
CRITICVS**

IN
TEXTVM GRAECVM
NOVI TESTAMENTI.

ACCEDVNT
MELETEMATA
DE VETVSTIS TEXTVS
RECENSICNIBVS.

PARTICVLA II.

IENAE
APVD I. C. G. GOEPFERDT
MDCCXI.